COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXXV. PARS III.

LIPSIAE, MDCCXCIII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

I.

Nova acta academiae ſcientiarum Imperialis Petropolitanae. Tom. II. et III. praecedit hiſtoria eiusdem academiae ad annum MDCCLXXXIV. et MDCCLXXXV. Petrop. typis acad. ſcient. MDCCXXXLVIII. Tom. II. Hiſt. 106. pagg. c. tab. I. Comm. 303. pagg. c. tabb. XI. aeri inciſ. et 8. pagg. tit. ac indic. Tom. III. Hiſt. 205. pagg. c. tabb. IV. Comm. 322. pagg. c. tabb. VII. aeri inciſ. et 9. pagg. titul. indic. et errat.

Ex hiſtoria referre liceat memoriam ANDR. IO. LEXELLII. Hunc natum eſſe Aboae d. 24. Dec. 1740. patre *Iona*, magiſtratum ibi gerente, abſtractis ſcientiis ſe dediſſe, *aphoriſmis mathematico-phyſicis* ſub praeſidio profeſſ. phyſ. IAC. GADOLINI defenſis 1760. fuiſſe creatum doctorem philoſophiae, 1763. Upſaliam profectum ibique habita diſputatione *de methodo inveniendi lineas curvas ex datis radiorum oſculi proprietatibus* factum lectorem matheſeos, et 1766. profeſſorem nobiliſſimae claſſicae iuventutis; quum vero audiviſſet, LEONH. EULERUM Petroburgum venire velle, multasque ibi fieri praeparationes ad transitum Veneris per ſolis orbem 1769. in octo diverſis Ruſſiae locis obſervandum, miſiſſe 1768. ad Imperialem academiam ſcriptum *de methodo integrandi nonnullarum aequationum exemplis illuſtrata*, et Petroburgi ab EULERO fuiſſe examinatum. Quem Com. WLODIM. ORLOWIO, LEXELLIUM ſcriptum ſuum ipſum elaboraſſe dubitanti, ita hunc laudibus commendaſſe, ut, ſi unquam ſcriptum ab alio fuiſſet ela- p. 16. p. 17.

boratum, a nullo alio, quam ALEMBERTO vel ipſo (viris tum LEXELLIO ignotis) perfectum eſſe poſſe aſſeveraret. Quibus commotum ORLOWIUS LEXELLIO adiuncti matheſeos in academia locum contuliſſe, quo regis Sveciae permiſſione d. 17. Oct.
p. 18. 1768. accepto ſocio Patre MEYERO tum obſervatoris munere fugente, inſtrumentorum aſtronomicorum ad tranſitum Veneris illum obſervandum neceſſariorum cognitionem ſibi comparaſſe. *Novae theorias lunae, et determinationis parallaxeos ſolis ex obſervationibus tranſitus Veneris deductae* tomo XIV. novorum commentariorum inſertae magnam habuiſſe partem, 1771. creatum fuiſſe academicum ordinarium, et quidem Aſtronomum, 1773. et 1774. membrum ſoc. reg. ſc. Holmienſis et Upſalienſis, 1783. Turnenſis, 1776. Pariſienſis correſpondentem, 1779. Aboam profeſſionis matheſeos adeundae gratia vocatum, eique ad annum 1780. uſque Petroburgi commorandi veniam datam; ad eius diſceſſum vero impediendum a DOMASCHNEFIO ipſi iter in Germaniam, Galliam, et Angliam cum reditu per Sueciam fuiſſe demandatum, hoc 1781. abſoluto a *Princ.* DASCHKOW b. EULERI locum ipſi cum redituum
p. 19. augmento traditum, 1784. iis adſcriptum, quibuscum ſocietas Londinenſis ſcripta ad longitudinem maris determinandam edita communicare ſolet, eodem vero anno d. 30. Nov. tumore gangraenoſo febrem malignam comitem habente e vivis ereptum.

In actis ipſis primum mathematica haec ſunt:

p. 3. 1. L. EULERI *comm. de curvis tractoriis*, c. tab. I. fig. 1 — 6.

p. 28. 2. EIUSD. *de curvis tractoriis compoſitis.* Tab. I. fig. 7. 8.

3. L.

3. L. EULERI *de transformatione ſeriei diver-*p. 36.
gentis 1. $-mx+m(m+n.)x^2-m(m-n.)(m+2n)x^3+m(m+n)m+2n.(m+3n)x4$ etc. *in fractionem continuam.*

4. EIUSD. *de ſummatione ſerierum, in quibus*p. 46.
terminorum ſigna alternantur.

5. NICOL. FUSS. *problematum quorundam ſphae-*p. 70.
ricorum ſolutio, Tab. II.

6. FR. THEOD. SCHUBERT *de proiectione ſphae-*p. 84.
rae in ſuperficiem conicam, Tab. III. fig. 1 — 3.

7. EIUSD. *de proiectione ſphaerae ad determi-*p. 94.
nandam aream maximam idoneam, Tab. III. fig. 4. 5.

Ad phyſico-mathematica pertinent:

8. L. EULERI *conſideratio motus plane ſingularis*p. 103.
qui in filo perfecte flexili locum habere poteſt, Tab. IV. fig. 1. 2.

9. EIUSD. *enodatio difficultatis ſuper figura ter-*p. 121.
rae a vi centrifuga oriunda, Tab. IV. fig. 3.

10. IAC. BERNOULLII *de motu gyratorio corpo-*p. 131.
ris filo extenſili affixi com. ſecund. Tab. IV. fig. 1.

11. W. L. KRAFFT *tentamen relativum ad dis-*p. 148.
quiſitionem DE LA GRANGE *de attractione ſphaeroidum ellipticarum.*

Phyſica ſpectant:

12. I. I. FERBERI *animadverſſ. de antiquitate*p. 163.
relativa rupium et ſtratorum terreſtrium, quae cruſtam globi terreſtris componunt, ſect. III. Arguuntur errores mineralogorum, characteres mineralium chemicos negligentium; lapidibus mixtis, quum in monp. 164.
tibus omnia ita, ut in muſeis, eſſe debere arbitrentur, nomina (quae ſemper a potiori derivanda ſint) p. 165.
minus convenientia tribuentium; irregularitates inp. 168.
montium interiori occurrentes eiusdem, ac primitivae rupes, antiquitatis eſſe putantium, et montesp. 173.
non, ut phyſici geologici, conſiderantium, idque variis exemplis illuſtratur. Sic nomen ſaxi metalli-p. 176.

feri a BOMIO male tribui monti Hungariae, in gran-
to compactam argillam continenti, seseque fefellisse
p. 177. MOISIENKOWIUM, in Zinnwaldii et Altenbergii ne-
p. 178. neris stanneis porphyrum statuentem; eum enim
qui illis insit, ex terra molli argillosa et quarzi gra-
nulis compositum, tantumque graniti varietatem
p. 180. esse. Identitatem etiam partium duos eiusdem ge-
neris montes constituentium simultaneam eorum for-
mationem neutiquam determinare.

p. 181. 13. C. F. WOLFFII *de ordine fibrarum cordis*
diss. VI. quae repetitas et novas obss. de fibris ventri-
culorum externis continet. Pars I. ventriculus dexter.
Tab. IV. V. Aliud cor robusti, sani, frigore necati
hominis depingi curavit, eiusque contemplatione et
cum aliis disquisitis cordibus comparatione demon-
p. 183. strat, linea diagonali ventriculum sinistrum dividi in
p. 184 duas partes obliquas, *inferiorem venosam* fibris primi,
et quibusdam secundi, *superioremque arteriosam* reli-
quis fibris secundi omnibusque tertii ordinis instru-
p. 185. ctam; plane confirmari *fila cartilaginea*, *fibras ex-*
ternas ventriculi dextri planas, in basi latiores, in
apice tenuiores, illas sinistri ramificatas et teretes;
p. 186. *variam fibrarum cordis complicationem et connexionem*,
fibrarum nectentium, (quarum breves crassae et robu-
stae superficiales ex altero in alterum funem conti-
nuatae in hoc corde manifestae fuerint) *existentiam*,
p. 187. *fibrarum ventriculi dextri ortum*, *progressum et inser-*
tiones, *crenam* (cuius tamen fibrae in hoc corde fre-
quentius ex dextro in sinistrum ventriculum conti-
p. 188. nuatae fuerint) *striam* (quae tamen ita variet, ut
p. 189. saepius apicem non attingat, citiusque fibras, qua-
tuor vel quinque, (vera ad apicem perveniens stria
tantum duas) ad ventriculum dextrum recta mittat)
fasciasque ventriculi dextri; ex notabilibus cordis
partibus vero excludendam esse raphen illam in su-
perioris ventriculi dextri superficie nuper animadver-
sam,

ium, forte obortam ab arteriae coronariae dextrae impreſſione, vel fortuita fibrarum interruptione; in perfectiori cordis ſtructura crenae non inhaerere fibras circumflexi ſiniſtri (quarum ſiniſtrae in ſuperficie anteriori breviores, in poſteriori longiores, dextrae in hac breviores, in illa longiores ſint, aliaeque a baſi arteriae pulmonalis in parietem poſteriorem abeant,) ſed circum marginem coni arterioſi ſiniſtrum flexas in poſteriori ſuperficie oblique dextrorſum et antrorſum ad coni uſque baſin deſcendere, indeque totum conum, ut vere ſingularem cordis partem, recta antrorſum verſus apicem reflecti poſſe, et, licet rarius, ventriculos a ſe invicem ſeparatos ſuis ſeptis gaudere; in hoc corde a medio anteriori baſeos arteriae pulmonalis duas inſignes fibras non pennatas, ſed parallelas, pulmonalem anteriorem muſculum conſtituiſſe; et cum fibris circumflexi dextri ſuperioris, vel pulmonalis poſterioris, ſe coniunxiſſe ſingularem portionem ad coni arterioſi ſuperficiem tranſeuntem, quae ad aorticum minorem potius referenda eſſe videatur, et una cum illis non in pulmonalem anteriorem, ſed in interiectas fibras continuatam fuiſſe; in haſce fibras, quae multum varient, nec ab arteriis vel filo cartilagineo dextro, ſed ab aliis fibris ortum ducant, et includantur, conſtantesque in pontem abeant, interrupta ſemper ſerie deferri inferiorem dextrum circumflexum ſive aorticos; faſciolam pontis ad inſtar ſuper crenam tranſeuntem ſitu et magnitudine ſua variare pro vario decurſu arteriae coronariae ſiniſtrae, variaque ramorum eius magnitudine; confirmari infundibuli faſciam magnam, angularem, ventralem (non adeo conſtantes tamen minores faſciolae, in quas haec interdum dividatur) apicisque faſciolam, (cuius fibrae tamen in hoc corde oblique aſcenderint;) in hoc corde tandem mire eminuiſſe apices ventriculorum, inſigni in-

p. 190.
p. 191.
p. 190.
p. 191. 201.
p. 192.
p. 193.
p. 196.
p. 195.
p. 196.
p. 197.
p. 199.
p. 200.
p. 201.

terſtitio, in quo crena et ſtria concurrunt, diſtinctum
p. 202. dextrum papillarem, ſiniſtrum obtuſum et rotun-
dum, hunc procul a crena et ſtria, illum prope
crenam, dextrum venoſo, ſiniſtrum arterioſo ſui
ventriculi orificio oppoſitum, et lineis ab iſtis ori-
ciis ad apicem ductis definiri longitudines ventricu-
lorum, et effici fibras dextri tranſverſales, ſiniſtri
longitudinales.

p. 221. 14. I. G. GEORGII *analyſis chemica aquae fluvii Nevae urbem Petropolin perfluentis.* MODELIUS *) tantum aquam ex medio et profundo fluvii hauſtam examinaſſe, quum autem ex fluvii urbem perfluentis parte, quae canalibus aliisque inquinetur, aqua ad potandum hauriatur, ab Auctore hanc in tribus diverſis locis, et in fluminis brachio MOYKA dicto fu-
p. 223. iſſe diſquiſitam, et repertam pluviatili non ponderoſiorem, in obturata lagena quatuordecim per menſes aſſervatam non mutatam fuiſſe, comprehendiſſe
p. 225. in una libra aliquid minus unico grano terrae calcareae mixte parumper imbutae, et decimam partem extracti mucilaginoſi vegetabilis, in aqua ex *Moyka*
p. 224. hauſta aliquantum copioſioris, cui et aeris acidique aërei inopiae, a fluminis latitudine curſuque celeriori forte pendenti, tribuendas eſſe aegritudines novas
p. 227. advenis aquam frequenter potantibus moleſtas; aquam variorum puteorum, a pigra plebe animalibus dari ſolitam, ſimul diſquiſitam paludoſam, nauſeoſamque praeter permultum calcareae et argilloſae terrae, ſalis Glauberi et communis in libra una ſex grana extracti nigricantis oleoſi vegetabilis quidem,
p. 228. ſed ſal alcali deponentis, continere, ideoque valde noxiam eſſe.

15. *Ma-*

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 526 ſq.

15. *Marina varia nova et rariora deſcripſit* p. p. 229.
s. PALLAS. Tanquam auctarium ad *aphroditas* quondam *) illuſtratas primum deſcribit quinque *nereides*, *aphroditoidem* Tab. V. fig. 1. gryſeo cineream, ex mari Ceylanico allatam, capitis praeputio truncato fig. 2—5. pedunculis ſegmentorum carnoſis fig. 6. et p. 230. branchiis poſteriora verſus ſenſim maioribus fig. 7; p. 231. *branchiatam*, in capite fig. 9. branchiis deſtitutam, gry- fig. 8. ſeo-fuſcam maris Indici, (affinem coeruleſcentem Germanici) incolam, pedunculis cylindricis; apice transverſim bifidis, rariuſculis gryſeo-aureis pilis ornatis fig. p. 232. 10; *lamelliferam* foliolis inſignem, quorum alia ſemilu- fig. 11. nata et apice libera fig. 18. ſubtus, alia maiora ſemicordata, ſubtiliſſime venoſa, apice reflexa ad dorſum pedunculis inſideant, cuius caput fig. 12 — 15. oeſophagum fig. 16. 17. et puncta duo nigra pro oculis forte habenda fig. 12. 16. illuſtrat, quae vaga inter ve- p. 233. getabilia et quiſquilias marinas in mari Indico, ubi maxima, mediterraneo et ſeptentrionali, ubi flaveſcente gryſea, reperiatur, a *Planco* indicata eſſe videatur, et facultatem habeat poſteriorem ſui corporis partem ſaepe abruptam reſarciendi, forte omnibus congeneribus propriam; *lumbricoidem*, vel lum- fig. 19. bricum marinum LINN. propter pinnatas branchiolas, (fig. 19 *. eas et annulos corporis refert) toto verme p. 234. nigro ſolum albidas, ſetis dorſalibus additas ad nereides potius referendum; chryſocephalam, tubu- p. 235. los in fundo maris Indici colentem, *tophigenae*, quae fig. 20. ſabella alveolata LINN., affinem, capite paleolis aureis ornato fig. 20 *. Deſcribitur deinde *ſerpula ſpi-* p. 236. *rillum*, viva ad Travaeoſtium reperta, *limax tetraque-* fig. 21. *tra*, e Curilis inſulis, ubi *Tochui* vocata cruda et co- p. 237.

 cta fig. 22.

*) In miſcell. Zoolog. vid. comment. noſtr. Vol. XV. p. 244. ſeq.

cta editur, accepta, quae, ſi dorides, et laplyſia LINN. ſatis a limacibus genere diſtinguendae, prio-
p. 239. rum ſpecies eſſe videatur; *aſterias oligactes*, Tab. VI. fig. 23. ad ophiuras pertinens, radiis intortis gorgoniae, Curaſſoa ab Ill. BAR. A RENGER miſſae, implicatae inhaerens corpore cruſtaceo duro,
p. 240. pentagono, angulis tamen truncatis, albofiaveſcen-
p. 240. te; *lepas carioſa*, alba e Curilis inſulis accepta; pho-
fig. 24. *las teredula*, in littore maris Germanici ad Belgium
fig. 25. reperta in exilibus ligni quercini fragmentis ſaepe
p. 241. pollice non craſſioribus, nondum autem putredine confectis, (in talibus enim *myam* contineri) teſtula ſua alba teredinem navalem, corpore brevi dactyliformi pholadem mentiens; *chiton amiculatus*, Tab.
p. 242. VII. fig. 26 — 30. e Curilis inſulis allatus, corio
p. 243. cartilaginoſo oſſicula ſcuti obducente inſignis, mi-
fig. 31. tellae, balani ſpeciei tertiae verrucoſae SEBAE ſimilis;
— 33. *helix coriacea* a Curilarum inſularum incolis *Tſchoma*,
p. 244. a Camtſchadalis, eam pro cymba murium habenti-
fig. 34. bus, *Chonochtur*, a Ruſſis *Bacdarki* vocata; *aſcidia*
— 37. *ſquamata*, holothuriae ſquamatae MÜLLERI *) ſimi-
p. 246. lis ſed minor; et plano laterali affixa, duobus ori-
fig. 38. ciis ſurſum patens; *aſcidia aurantium* e Curilis inſulis,
p. 247. mali aurantii maioris magnitudine, colore coccineo;
fig. 39. *aſcidia globularis* a SUIEFIO in vadoſis arena ſubtili ſtratis littoribus maris hyperborei ad Caraeſinum copioſe collecta, licet mollis, in ſpiritu bene con-
p. 248. ſervanda, ceraſi maioris magnitudine, ſi maxima, ſine dubio ſola aqua marina nutrita, ab aſcidio pruno
p. 249. *faun. Dan.* pedunculo, forma orificiorum et viſcerum ac ſubſtantia differens, tandem ex eadem arctici
fig. 40 maris plaga *occaria* membranacea, in diſculum medio perforatum effecta, nigricantia, quorum ovula forte ad aſcidiam illam pertineant.

16. PETR.

*) Faun. Danic. faſc. I. tab. X. fig. 1 — 3.

16. PETR. CAMPERI *complementa varia acad.* p. 250.
communicanda ad Cl. et Cel. PALLAS. Se praeter illa
cetaceorum etc. ultra 90 foſſilia crania et oſſa poſſi- p. 252.
dere, et quaedam ex monte martyrum et St. Petri ac- p. 251.
cepiſſe, nunc convictum eſſe de annihilatione ani-
malium v. c. *mammontei* animalis, elephanto non ſi-
milis, ſapientiae divinae haud repugnante, et, quum
nunquam oſſa humana petrefacta reperta fuerint, ante
hominum creationem facta; elephantos et hippopota-
mos pariter ac bubalos, alces et urſos quondam gi-
ganteos extitiſſe; cranium foſſile a PALLANTE deſcri-
ptum *) (nec, uti PALLAS in nota monet, foſſile
ſed recens, licet corruptum, ita ut et oſſa interma- p. 254.
xillaria, (in biſonte non, uti in bubalo, ad naſi uſ-
que oſſa aſcendentia,) deperdita fuerint, circa oſtia
fluvii Ob repertum) cum alio recenti biſontis Ame-
ricani, quod foſſili maius, cranio bubali Capenſis p. 253.
minus, ex muſeo Britannico ipſi donatum fuerit,
comparatum ob lacrymales in oſſe unguis foveas in
bubalis deficientes, vere biſontis cranium habendum
eſſe, in cuius delineatione BUFFONUM in eo erraſſe, p. 254.
quod cornuum originem, quae tamen, licet non ut
in bubalo, ſeparata ſit, pupillasque rotundas pin-
xerit. *Bubali gigantei* cranium etiam a PALLANTE **)
delineatum, cuius ſummam partem ab ILL. DASCHKOW
acceptam cum ingenti recenti Aſiatici bubali cranio p. 255.
comparaverit, et duplo maiorem cognoverit, ob cor-
nua non reſupina, foveasque lacrymales non bubali, ob
earundem fovearum parvitatem, altioremque ortum
non uri, (qui, cum foveas magnas habeat, pro va- p. 256.
rietate

*) Nov. comm. acad. Petrop. Tom XVII. p. 576.
comm. noſtr. Vol. XXI. p. 11.

**) Nov. comm. acad. Petrop. Tom. XIII. noſtr. Comm.
Vol. XVIII. p. 683.

rietate tauri Europaei non habendus) cranium censeri poſſe. Cl. PALLAS, qui Sibiricorum giganteorum craniorum cornua minus, quam in bubalo domeſtico, magis quam in uro, reclinata, pariter ac in bubalis carinata vidit, maximam bubalorum ſirpem in alpino iugo Tibetana regna ambiente habitantem, a qua crania foſſilia, forte olim magis notam fore credit. p. 256. Ex rupe Gibraltarienſi, et inſula Liſſa prope Dalmatiam, (mirum, quod ex tam diſſitis locis) ſe obtinuiſſe fragmenta oſſium ex ruminantibus minuta diffracta et inter ſe confuſe mixta, firmiſſima tamen, ac materia ſtalactitia fuſca, ſubrubra, (cui ſaepe ſpathum informe, fragmenta marmoris coerulei, interdum argilla digitos maculans interiecta,) cellulas oſſium, non autem terreſtres immixtas cochleas replente, conglutinata. Dentes p. 258. molares elephanti in muſeo Britannico viſos, et femoris os in Hollandia repertum *) triplo maius hodierni elephanti dentibus et oſſe, ſic et dentem medium molarem hippopotami maximo quondam deſcripto **) quater maiorem fuiſſe. Crania foſſilia alcium Hiberniae ob magnam cornuum diſtantiam, narium aperturam duplo maiorem, oſſa intermaxillaria naſalibus inſerta, non alcium, ſed potius cervorum, vel alius extincti animalis crania habenda; et pleraque adultorum variorum illorum animantium capita ad minimum quidem duos pedes, recentibus p. 260. tamen minus longa eſſe. Ex icone palati mammontei animalis prope Ohionem fluvium reperti magnis duobus poſterioribus, minoribus duobus anterioribus dentibus, et exiguis dehiſcentibusque oſſibus inter

*) Acta Harlem. Tom. XII. p. 379.

**) Acta acad. Petrop. Tom. I. P. II. p. 214. Comm. noſtr. XXIX. p. 416.

termaxillaribus insignis a Cel. MICHAELIS ipsi missa, p. 261.
cum maxillis et dentibus in museo Britannico visis, et
Tab. VIII. IX. delineatis, comparata innotuisse, quod
istud animal exsertis dentibus carens elephanto dissi- p. 262.
mile, adhuc magis examinandum, et in hoc exami-
ne ad ligamenti teretis in elephanto absentiam, in
rhinocerote praesentiam, et ad magnam compres-
sam et rotundam apophysin in huius osse femoris re-
periundam, (illius osse simplici tantum trochantere
instructo,) ad spinam scapulae in elephanto furcae,
in rhinocerote unco deorsum et retrorsum incurva
to similem attendendum sit; quod dentes mammon- p. 263.
tei intus cavi humanorum, non elephantinorum ad
instar generentur; quod comparatione inter varia ani-
malia instituta ex dentibus non valeat conclusio ad
animalis magnitudinem; quod colli brevitas dentium p. 264.
molarium magnitudini respondeat; quod mammon- p. 261.
teum ob incisoriorum absentiam non sit carnivorum.
Monet vero Cl. PALLAS, mammontea ossa fossilia in
Sibiria copiose reperta a Russis ut elephantina con-
siderari, et CAMPERUM mammontei nomen incogni-
tae Americanae belluae, forte inter cetacea marina
latenti, adscribere, cuius imperfectum molarem ad
Demam fluvium inter ferri mineras effossum, ipse
delineaverit quondam et descripserit.

Ad astronomica pertinent

17. PET. MOCHODZOW *obss. astr. Petropoli in* p. 267.
specula acad. anno 1786. *habitae.* Tab. IV. fig. 5.

18. STEPH. RUMOVSKY *de momento coniunct.* p. 273.
mercurii c. sole et latitud. illius tempore transitus per
discum solis anno 1786.

19. IDEM *de transitu mercurii per solem anno* p. 280.
1786. *die* $\frac{\text{23. April.}}{\text{4. Maii.}}$ *Bagdati observato.*

p. 287. 20. EI. *obſſ. eclipſis ſolis ann.* 1787. *d.* $\frac{1}{12}$ *Iunii habitae in obſ. Petrop.*

p. 288. 21. *Epitome obſſ. meteorolog. fact. Petrop. ann.* 1784. *nov. ſtil.*

To. III. In Tom. III. hiſtoria deſcribitur vita Ill. LAV.

p. 15. DE STEHLIN. Hic natus eſt Memmingae in Sveva d. 10. Maii 1709. patre conſilii magni huius urbis aſſeſſore, et maioribus ibi, Baſileae, et Auguſtae Vindel. in ſtatu civili et eccleſiaſtico celeberrimis. Ex lyceo patrio, cui 1728. elogio 10. HOMMELII mathematici in aula Caroli V. Germanice edito valedixit, abiit in Zittavienſe, et ex hoc 1731. defenſa diſſertatione *de indole hominis et optimi principis, exemplo Traiani demonſtrata* in praecipuas Germaniae urbes, bibliothecarum, eruditorum et artificum cognoſcendorum

p. 16. gratia. Flagrans amore liberalium artium, inprimis numiſmaticae, antiquitatum, mythologiae et poeſeos tres fere per annos, quorum poſtremo poema, Sappho dictum, eodem, ac graecum, metro, aliaque tum celebria Italica et Gallica opera Germanice vertit, Lipſiae commoratus eſt. Suam in arte pyrobolica, quam in Zittavienſi gymnaſio ab Italo didicerit, inventionibusque allegoricis illuminandis, peritiam comprobavit iam Dreſdae ſolemnitatum regni Poloniae ab Auguſto III. occupati occaſione, tum

p. 17. in Ruſſia, in quam a L. B. DE KORFF bis vocatus, Vitembergae, Berolini et Hamburgi aliquot per ſeptimanas moratus, comite prof. LOTTERO 1735. profectus eſt, variis occaſionibus, v. c. coronationis Eli-

p. 19. ſabethae et Catharinae Imperatricum, pacis cum

21. Svecis factae, fundationis academiae iubilaei. Alia peritiae in artibus teſtimonia praebuit adumbratis

p. 18. ideis et inſcriptionibus diverſorum memorialium

p. 22. nummorum, egregio illo 1774. perfecto opere, *inventiones reverſi* 125. *talium nummorum vitam et acta*

Petri

Petri M. celebrantium; manuſcripto adhuc Imperatrici tradito, aedibus pro muſeo rariorum 1747. incendio deletis trium annorum ſpatio reſtitutis (quare annuum 200. rubelorum ſtipendium accepit); relatis de liberalium artium in Ruſſia ſtatu SCHLÖZERI operide Ruſſia noviter mutata inſertis; ſummariis Germanicis comoediarum et epiſodiorum Italicorum bis per hebdomadem luſorum, pluribusque odis (v. c. ea, qua Eliſabethae thronum occupatum nomine academiae ipſo nativitatis die gratulatus eſt;) et poemetibus extemporaneis in uſum imperatricum, annotationibus hiſtoricis in novellis Germanicis ab academia, ipſo dirigente editis; deſcriptione ſolemnitatum et monumentorum ipſo inveniente et dirigente occaſione mortis Imperatricis Annae 1740. inſtitutorum; ichnographia mapparum atlantis Ruſſici 1741. editi; anecdotis de Petro M. ex ore coaevorum 30. annorum ſpatio collectis; et ſcriptis de Ruſſia afflicta et rurſus conſolata occaſione coronationis Eliſabethae 1742. de Moldavia, et regionibus gentibusque inter nigrum et Caſpium mare 1770; de noviter detecto ſeptentrionali archipelago 1774. et, quod BÜSCHINGII collectaneo geographico 1772. ineſt, de Circaſſia et Kabordinis terris; nec non praelectionibus de iure naturae, philoſophia morali, et in logicam minorem Wolfii ac grammatica Germanica in uſum diſcipulorum academiae emendata, et completa proſodia aucta. Munera Ipſi demandata ſunt, 1735. adiuncti academiae in hiſtoria, 1737. academici ordinarii et profeſſoris eloquentiae ac poeſeos; inſpectoris ſuperioris metalla, aera, ligna vel lapides excudentium et directoris novellarum; 1741. praeceptoris M. Ducis Petri Feodorovitſch, et iſto munere 1744. defuncto titulus conſiliarii aulae cum mille rubelorum ſtipendio annuo, academia 1745. renovata munus directoris artium, (quo ita functus, ut 1748. acade-

p. 20. p. 21. p. 17. p. 18. p. 21. p. 24. p. 18. p. 16. p. 18. p. 19.

academiam artium pro ſculptoribus, architectis eiusmodi artificibus conſtituerit), 1757. membri cancelp. 20. riae academicae, ut et Imperialis monetarum cum ſede et voce, ac directione et inſtructione medaliariorum cum 600. rubelorum ſtipendio annuo, cenſoris operum de literis elegantioribus, hiſtoria et bonis artip. 21. bus exteris linguis ſcriptorum; 1763. conſiliarii ſtatus; 1765. ſecretarii perpetui academiae (quo munere ita functus, ut archiva in indices redegerit, et commercium literarium cum exteris reſtituerit, ipſum 1769. EULERO filio tradidit) 1764. membri commiſſionis academicae ſub Com. Orlofii directionep. 22. ad 1783. uſque annum exiſtentis; 1766. membri ſocietatis liberae oeconomicae, et paulo poſt eiusdem ſecretarii pro commercio cum exteris, 1775. denique pacis cum Turcis occaſione conſiliarii ſtatus actup. 23. lis. Iſte Vir 1742. cum filia paſtoris primarii Lutherp. 24. norum Moſcovienſis matrimonio inito triumque liberorum, (quorum filius conſiliarius legationum, chronicam brevem principum Ruſſiae a LOMONOSSOFIO editam Germanice vertit) pater, anno aetatis 77. hydrope pectoris 1788. obiit.

p. 63. Ex hiſtoria adhuc annotaſſe liceat, LAXMANNUM in Siberia frigore naturali 32. grad. Reaum. conp. 61. *gelatum mercurium* obſervaſſe, RULERUM vero etp. 62. KRAFFTIUM eundem varie praeparatum arte facta frigore tot graduum quidem congelaſſe, interdump. 63. tamen 50. gradus ad eum ſolidum reddendum fuiſſe neceſſarios: RASPIUM Mambornii in Cornubia in lapide hepatico colore nigris ſtriis inſigni, valde gravi, campeſtri ſpato ſimili, alioque ſubnigro (*mulmichten*) non tantum ferrum calciforme terra incognita intime mixtum *Scheelium*, ſed et metallum, ab omnibus cognitis diverſum (*Tung ſtein*), detexiſſe; hoc conſtare ex p. 64. SCHEELII *acido*, difficillime fundi, imo aliquos ſalinos fluores, (quorum quosdam grato acanthidis

colore

colore a cupreo et nicolino diverſo imbuit) ferre, et colore ex albo cinereo, in fragmentorum facie nitore carens, valde denſum et ſubtiliter granoſum, vitra chalybis ad inſtar ſcindens, non autem tam fragile ut ferrum fuſorium, ferro et chalybe minus in humido marino aëre rubiginem trahens deprehendi; huius metalli ex 2240. libris hepaticum colorem habentis 746. libras cum tertia, ſubnigri 330. libras igne fuſorio, humida vero via obtineri ex lapide hepatici coloris (reſiduo pro nec ſoluta nec ſolubili terra ſilicea habendo) 746. libras cum duabus tertiis calcis aëreo acido imbutae, 105. ferri et 592. et duas tertias ſicci Scheeliani acidi. Quod ut *albam metallicam calcem* ob eius ad alcali volatile cauſticum relationem (qua in re cum SCHEELII experimentis ea Auctoris conveniunt) conſiderandum eſſe, plane a ferro humida via ſeparatum, hucusque nullo igne, additamento, et methodo in metallum reduci potuiſſe, eius etiam edulcorationem nec fervida nec frigida aqua perfici poſſe, inde vero pauca illa proprii acidi veſtigia adhuc dubia eſſe, eodem ſtannum non coeruleo colore praecipitari, ſed hoc albam, flavam ac metallicam calcem ſ. Scheelii acidum ſolutione ſtanni imbui. His RASPIUS addit, ſemimetallum, WOLFRAM dictum et TUNGSTEIN (*Scheelium*) tantum eſſe unius generis varietates, ſe iam ſtanni, Chemicos ſaepe deludentis, nec adeo cogniti, examine occupari, naturalemque ex ſulphure zinco, ſtanno et cupro, cupri griſei mineraliſati ad inſtar, compoſitam, et arſenico iunctam mixtionem detexiſſe. Tab. I. et II. *confervas paluſtres* p. 89.
oculo nudo inviſibiles ab O. F. MÜLLERO deſcriptas, ſi- p. 90.
lamentis continuis inarticulatis praeditas, *punctalem*, p. 11.
porticalem, *pectinalem*; continuis articulatis ornatas, 92.
ſerpentinam, *tranſverſinam*, *ſtellinam*, *decimindm*, *qui*- p. 93.
ninam, divergentibus inarticulatis inſignes, *veſicatam*, p. 94.
burſatam, *ſaccatam* (quae poſteriores duae rariſſimae). 95.

p. 99. Tab. III. pyramides iſoperimetras LAVILIERII et
144. LAMBRII ſcriptum de occultatione Veneris, Tab. IV.
p. 141. *pleuronecten dentatum* ore in latere poſito, oculis ſi-
niſtris, corpore oblongo glabro dentibus exſertis in
Carolina habitantem, una cum Zebra oculis dextris
faſciatoque corpore, qui maris Amboinenſis incola,
a BLOCHIO deſcriptum illuſtrat.

In actis ipſis *mathematica* ſpectant:

p. 3. 1. L. EULERI *methodus facilis inveniendi integrale formulae*

$$\int \frac{dx}{x} \frac{x^n + p - 2x^n \cos.\zeta + x^n - p}{x^{2n} - 2x^n \cos.\theta + 1},$$

caſu, quo poſt integrationem ponitur vel $x = 1$ *vel* $x = \infty$.

p. 25. 2. ID. *de ſummo uſu calculi imaginariorum in analyſi.*

p. 47. 3. EIUSD. *ſpecimen ſingulare analyſeos infinitorum indeterminatae.*

p. 57. 4. ID. *de lineis rectificabilibus in ſuperficie ſphaeroidica quacunque geometrice ducendis.*

p. 69. 5. ID. *de ſuperficie coni ſcaleni, ubi inprimis difficultates, quae in hac inveſtigatione occurrunt, perpenduntur.*

p. 90. 6. NIC. FUSS *de proprietatibus quibusdam elliipſeos in ſuperficie ſphaerica deſcriptae.*

p. 100. 7. F. T. SCHUBERT *annotationes ad theorema XVI. Lib. V. Pappi Alexandrini.*

Phyſicomathematica attinent

p. 111. 8. L. EULER *de viribus centripetis, ad curvas quaslibet in eodem plano ſitas deſcribendas, requiſitis.*

p. 126. 9. ID. *de motu trium corporum ſe mutuo attrahentium ſuper eadem linea recta.*

p. 142. 10. EIUSD. *ſolutio problematis mechanici.*

II. IAC. BEMOUILE *de motu gyratorio corporis filo extenſili affixi*, com. tert. p. 149.

12. W. L. KRAFFT *epitome elementorum dioptrices, baſi theoriae obiectivorum achromaticorum microſcopiis applicabilium inſervientium.* p. 162.

Phyſica ſunt

13 C. WOLFII *de ordine fibrarum muſcularium cordis* Diſſ. IV. Pars poſter. *ventriculus ſiniſter.* Confirmari fibrarum externarum huius ventriculi diſpoſitionem in quatuor ordines, ſolum primum inſertione ſua ſtriam ita occupare, ut fibrae eius conſtantius inſerantur in hanc quidem, non autem in totam mediam ſuperficiei inferioris longitudinem, per cuius partem prope apicem a ſtria citius evaneſcente vacuam relictam ex ſiniſtro ventriculo in dextrum transeant iſtius ordinis fibrae duae (in prius deſcripto corde in continuatam ſtriam inſertae) hisque reliquae, pariter duae tantum, applicentur. Ordinis ſecundi funiculos conſtantius ita eſſe diſpoſitos, ut eorum quatuor vel quinque; ab interſtitio dimidio anteriori inter bina fila ſiniſtra orti, breves et ſimplices arcuatim ad marginem et in ſuperficiem inferiorem progrediantur; his accedat *craſſiſſimus* vel iam *diviſus*, vel facile dividendus ramis ad marginem procedens, ideo *laceratus* vocandus, quod interſtitia fibrillis plena formet in coniunctione cum fune varie *ramificato*, tandemque cum primis fibris ex ponte productis ſe confundere ſoleat funiculus, *applicatus* nomine, ſolus poſtremae crenae parti adhaerens. A media vero crenae parte, ſeu pontis regione oriri fibras ordinis tertii, has una cum et ſub faſciculo ex primis pontis fibris et *applicati* parte enato, fibras tertii ab illis ſecundi ordinis diſtinguente, ſurſum latiori, ad apicem terete, qui *procurrens* ſ. *maior* dicitur, procurrere, et cum radiatim, tum pennatim, tum ramorum ad inſtar in eundem inſertas una cum fibris ſecundi ordinis terminari in faſciculo *terminali* p. 185. p. 186. p. 215. p. 187. p. 186. p. 188. p. 189. p. 206

p. 213. *inferiori* ac conſtituere figuram *radiatam* et *focum ſi-*
p. 216. *nearem* et *ramificatum inferiorem*, in anteriori ventri-
culi margine collocatum. In eiusdem vero ſiniſtro
margine reperiri *focum ſuperiorem*, una cum figura
p. 206. *radiata ſuperiore* formatum a fibris quarti ordinis et
p. 209. anteriori ſeu radiata crenae parte in regione tenu-
p. 208. ium ventriculi dextri fibrarum enaſcentibus, et ſub
faſciculo *procurrente brevi* ſ. *minore*, ab eadem cre-
nae parte in regione latiorum ventriculi dextri fibra-
rum capite vel latiori, vel duobus orto, ita procur-
p. 211. rentibus, ut angulis quidem acutis oblique tamen in
hunc faſciculum deſcendant primae, aſcendant ulti-
mae, transverſim abeant mediae, una tantum ma-
p. 210. dia et craſſior circa eum curvata inſeratur in extre-
mum eius unciforme. Hoc cum ſimili *faſciculi ter-*
minalis ſuperioris efficere circulum, in cuius centro
p. 216. minima et rotunda in apice ventriculi ſita foveola ma-
nifeſta ſit, et in quo ibi, ubi binorum diſtinctorum
ventriculi marginum, ſiniſtri et anterioris concurſu
apex formetur, coniungatur cum uterque focus, tum
p. 216. tres faſciculi terminales. Hos quintum quaſi fibra-
197. rum ordinem conſtituere, multum quidem variare,
p. 198. conſtanter tamen fibris ſecundi, tertii et quarti ordi-
nis inſertionis ſedem praebere, a cordis ſuperficie
p. 194. bus, quas maxima ſui parte teneant, in ſuperiorem,
p. 193. medium et inferiorem diſtingui, et ſecundum longi-
tudinem a vallecula HALLERI ad apicem usque pro-
grediendo occupare totum ventriculi ſiniſtri margi-
nem dextrum *prominentem*. Iſtud nomen compe-
p. 291. tere marginis parti inter apicem et valleculam con-
tentae: *valleculam* vero ob variam apicum ventricu-
lorum prominentiam variae eſſe magnitudinis et pro-
p. 187. funditatis. Ad ea in corde iam deſcripto obſervata
pertinent duo maximi funes ex ordine ſecundo lo-
co unius funis in corde prius deſcripto praeter co-
lumnam triangularem et fibras foſſae triangularis a
baſi

basi aortae orti; teretes compressi subventricosi musculi ex vallecula oblique super marginem in inferiorem superficiem progredientes; et, qui rarissimus censetur fasciculus terminalis ventriculi dextri, ex vallecula iuxta tres illos terminales in inferiori superficie ad sinistrum ventriculi dextri prominentem marginem usque ad apicem descendens, ultimis huius ventriculi fibris hactenus primum a stria, deinde ex fibris ventriculi sinistri continuatis ortum largiens, obliqueque in superiorem superficiem flexus, in hac ultimam ventriculi fibram efficiens, in crenam insertus, tenuior, in simplicem demum fibram sensim extenuatus. p. 194. p. 195.

14. C. F. WOLFF. *de ordine fibrarum musculosarum cordis* Diss. VII. *de stratis fibrarum in universum.* p. 227. p. 228.

LOWERO rectius quidem SENACUM iudicasse, eius tamen et aliorum icones rem male, fibrarumque directionem in universum tantum, denotare, et verosimiliter eos particulas tantum stratorum, non autem tota strata, quae inepte integra et completa describebant, vidisse. Esse enim in separatione externi ventriculi dextri strati a medio ob tenuiores eorum fibras omnem cautionem adhibendam, fibras vero simplices, inter se intricatas quidem, sed solitarias externi ab illis medii facile distinguendas; quum e contrario crassities fibrarum sinistri ventriculi faciliori stratorum separationi quidem faveat, strata autem modo tenuiora, modo crassiora non certo nisi ex sola directionis earum diversitate distingui possint, qua tamen in sedibus nonnullis saepe mutata ad fibras aliunde productas sui continuatione diversorum stratorum ductum indicantes attendendum sit. Tria esse ventriculi dextri strata; horum externi *) fibras a basi et stria oblique, magisque transversim, quam ad longitu- p. 229. p. 251. p. 230. p. 232. p. 233. p. 234.

*) In Diss. III. vid. Com. nostr. Vol. XXXI. p. 239 sqq.

gitudinem, ſiniſtrorſum verſus crenam et apicem in
ſuperficie ſuperiori, in inferiori dextrorſum verſus
p. 235. marginem et apicem deſcendere; pari in utraque ſu-
perficie directione fibras medii, prope crenam ma-
gis tranſverſas, illas externi acutiſſimis angulis de-
cuſſantes, iisque (maxime tamen verſus apicem) fir-
miſſime adhaerentes, nec non illas interni, cum me-
dii tum externi fibras decuſſantes, magisque verſus
p. 238. baſin directas, a ſtria et apice aſcendere. Una cum
columnis papillisque oblique dextrorſum ab apice ad
p. 235. baſin procedentibus, et ſextum ſtratum componen-
tibus ſex numerari poſſe in ventriculo ſiniſtro ſtrata.
p. 236. Quatuor priorum fibras oblique ſiniſtrorſum in ſu-
periori, dextrorſum in inferiori ſuperficie eſſe dire-
ctas, illas externi ſtrati *) latas, craſſas, planas, paſ-
ſim ramificatas magisque longitudinales a baſi verſus
apicem, eas ſecundi longas, craſſas, non ramifica-
tas, potiusque tranſverſales a baſi et crena verſus
p. 237. apicem et ſtriam deſcendere; eas tertii, in ſuperiori
ſuperficie longas, in inferiori tenuiores, inter tranſ-
verſas et longitudinales medium tenentes, et cum
fibris priorum ſtratorum angulos ſemirectos efficien-
tes ab apice et crena verſus baſin et ſtriam, illas
quarti vero magis longitudinales quam tranſverſas
(vere tranſverſum enim SENACI ſtratum non exiſtere) a crena ad baſin; recta tandem pauliſper tantum
in utraque ſuperficie dextrorſum vergendo, ab apice
ad baſin aſcendere fibras quinti ſtrati ſerpentinas, te-
p. 238. nuiores, debiliores, iam reticulatas. Hiſce diverſis
ſtratorum directionibus effici, ut fibrae varias in re-
giones trahi poſſint; ſtratorum numerum ſecundum
p. 239. naturam ulterius augeri non poſſe, non ſemper ac-
curate fibras ſupra deſcriptas directiones tenere; quo
pro-

*) In Diſſ. IV. deſcript.

propiores enim inſertionis fini accedant, eo magis
tranſverſas vel longitudinales fieri; in ſecundo ſtrato p. 240.
id notabile eſſe, quod cum funiculi a media crena orti adhuc oblique deſcendant, ii prope baſin in ſuperiori ſuperficie iam tranſverſi ſint, et iidem in inferiori ſuperficie oblique deſcendant, cum a media crena orti tranſverſim in ſtriam abeant, apicique propiores oblique aſcendant. Solum externum ſtratum completum eſſe, in dextro ventriculo tertiam ſuperioris parietis partem circa apicem a medio ſtrato non tegi, in ſiniſtro ſecundum ſtratum ad apicem hiatum
formare extremis unciformibus funiculorum procur- p. 242.
rentium, curvatisque fibrarum ordinis ſecundi finibus tantum tectum; totam apicis regionem, adeoque quartam quintamve ventriculi partem, tertio carere ſtrato; ſtrati quarti minimam tantum partem p. 243.
iuxta crenam per ventralem mediam ventriculi partem initium regionis apicis in ſuperiori ſuperficie attingere, in inferiori et dimidium poſterioris baſilaris regionis iſto ſtrato deſtitui, adeo ut illud in hac
ſuperficie tres quartas, in ſuperiori vero duas tertias p. 244.
ventriculi partes non compleat. Ventriculi huius craſſitiem a baſi ad apicem ſenſim decreſcere, quum dexter eo uſque craſſior ſit, quo medium ſtratum eum conſtituat. Omnium mediorum ſtratorum fibras p. 245.
molliores, magis ſolubiles, minus inter ſe intricatas,
minusque fibrillis connexas, magis diſtinctas et in p. 246.
varias faſcias compoſitas deprehendi. Vera celluloſa
ſtrata eorumque fibras ſecum invicem coniungi, hu- p. 247.
ius vero fibrillas plerumque ultra duas lineas longas, internum ſtratum cum inferiori, externum cum ſuperiori medii ſuperficie connectentes, colorem rubrum ſubfuſcum in corde eloto adhuc retinentes, eſſe ſemicarneas, aliquantum irritabiles et confunden- p. 248.
das nec cum fibrillis ex ſolita fibra in vicinam plerumque oblique deſcendentibus, et huius partem tunc

p. 249. conſtituentibus, nec cum fibrillis externi ſtrati nectentibus; quam utramque fibrillarum ſpeciem forte ex celluloſa in carneam fuiſſe mutatam.

p. 250. 15. I. G. GEORGII *examen chemicum cinerum clavellatorum Ruſſiae itemque cinerum betulinorum.* Examinavit cinerum clavellatorum, qui ex betula, populo tremula, acere, tilia, ſorbo, aliisque arboribus in Penſinenſis, Nowogorodenſis inferioris, et Caſa-
p. 251. nenſis provinciae ſylvis parari, et quorum quotannis inter 35. et 45. millia pondo Ruſſica exportari ſolent, et quidem 1) ſemicalcinatorum, gleboſorum, cauſticorum, ſordidorum, admodum humidorum, 2) ruditer
p. 252. depuratorum, non calcinatorum, cinereorum 3) perlatorum calcinatorum, purorum quidem, multis tamen heterogeneis partibus adhuc inquinatorum, (quorum ſpeciem ſali tartari ſimilem Galli emant); centum
p. 256. uncias, praeterea 4) 570. purorum betulinorum ex
p. 257. 68. ad 70 pondo Ruſſicis ligni aëre ſiccati in fornace pura collectorum, et 5) pondo Ruſſicum, 14 ad 15. uncias aequans, cinerum in fornace ſpatio decem dierum e betulinis, aliisque, v. c. populi, alni, ul-
p. 255. mi, lignis ſimul paratorum. Maſſa ſalina dedit *alcali puri* in 1) 28. ad 35, in 2) 40. ad 45, in 3) 78. ad 84, in 4) 28. ad 29, in 5) 30. uncias; *tartari vitriolati* in 1) ſex drachmas, in 2) 20. uncias, in 3) ſex cum drachma una, in 4) duas cum ſex drachmis; in 5) duas uncias cum ſeptem drachmis et dimidia;
p. 256. *terrae ſiliceo-calcareae* per fortiorem calcinationem alcali ſolutae, in 1) quatuor uncias ſexque drachmas,
p. 257. in 2) quinque, in 3) duas, in 4) novem, in 5) ſeptem et dimidiam alcalinae, unam unciam cum dra-
p. 256. chma una et dimidia filiceae terrae. *Terrae inſolubilis* partim calcareae, partim filiceae, arena mixtae fuerunt in 1) 52. in 2) 11. in 3) ſex unciae duaeque drachmae. Humidi abſorpti pondus fuit in 2) 19. in 1. et 3) ſeptem unciae cum dimidia. Nulla aliena

salia in iis fuerunt, in terris vero ferreae particulae (quarum unam drachmam et 45 grana terra solubili per alcali phlogisticatum praecipitata, tumque calcinata obtinuit) et magnesia alba, (cuius tres drachmas in solubili, quinque vero cum octo granis in mortua terra detexit non methodo Scheeliana, frustra tentata, sed terris per alcali praecipitatis, acidoque vitrioli diluto ultra modum saturatis, ex reliqua aqua a selenite crystallisata ope salis alcali). Frustra autem Cel. GEORGIUS magnesium Svecorum quaesivit in terra mortua, quam tamen igne follibus excitato intra 20. minuta redegit in vitrum durissimum, obscure coeruleum, transparens, quod vero cum triplo alcali deliquescat, ideoque pro terra silicea impuriori habendum sit. p. 258. p. 259.

16. I. I. FERBERI *recensio mineralium quorundam rariorum adiectis observationibus geologicis.* In itinere 1786. in Saxoniam et Austriacas terras artis amalgamatoriae addiscendae gratia suscepto varia nova corpora mineralia cum in museo Caesareo aliisque Viennensibus vidit, tum dono accepit, sibive soluto pretio comparavit, iamque 74. recenset, inter quae occurrant varietates, quas novas species agnoscere non dubitet. Sunt vero (de natalibus earum locis ut plurimum ipsa consulantur acta) 1. *calx vitriolata* s. *gypsum radiatum* rubro colore, forte ab eodem principio martiali, quo sal gemmae saepe rubescit; 2. c. v. s. *alabastrum* albo et violaceo variegatum, e *Szamobor Croat.* et *Roszna Morav.*, ex quibus locis antea Auctori ignotum. *Calcarei* 3. montem efficiens prope *Idriam*, in quo venae fragmentis rotundatis agathinis repletae; (inepte igitur a quibusdam montes calcareos *Idrienf.* qui venam schistosam, hydrargyrum largientem, fovent, inter primaevos numerari.) 4. vulgo *flos ferri* pulcherrimis ramificationibus flosculosis figuratus, *Carinth.* forma multum p. 260. p. 261. p. 262.

diverſus a *Stiriac.* Et pulchre virideſcens ad *Schwatz Tyrol.* 5. *ſpatoſus* ſ. *ſpatum calcareum* viride e *Boicha Tranſylv.* duplicans violaceus luteſcens ex *Herga* 6. calx fluorata vulgo, *fluor mineralis* forma pulverulenta, carbonibus iniectis phoſphoreſcens e *Marmaros Hung. cubicus luteus* marginibus violaceis ex *Elp.* 263. *renfriedersdorf Sax. cubicus roſaceus* ex *Helvet.* ſ. *aërata* argill. et ſilic. inquinata ſ. *marga*, *aluminis ſpatum cryſtalliſata*, & *ſpat. ponder.* ſolidum amorphum, quarzo mixtum, ideoque chalybe percuſſum ſcintillans, venas plumbiferas comitans, quarzo vulgari amorpho ſimile, ſed ſpecifice gravius in *Stir.* Aliud, antimonio intime mixtum eoque vel eius minera aequaliter tinctum in *Hung.* 9. *magneſ. vitriol. nativa* in Serpentino deſtructo efflorescens, nova ſalis nativi ſpecies. 10. *lithomarga* (*Meerſchaumerde*) ad *Bruzam Aſ. min.* non in ſtratis ſed in venis montanis; ob hanc patriam et ſitum rarior. 11. *ſteatites viridis*, vulgo lapis nephriticus, cryſtallis parvulis polygonis ſuper Serpentino. 12. *argilla pura* ſ. *terra alumin. nativa Lombard.* De ea in globulos concreta ad *Hal. Sax.* dubium, an vere nativa. 13. *ſmaragdus* peruv. in ve-p. 264. na ſpatoſo-calcarea ſchiſti argillacei nigri, cryſtallis columnaribus hexaëdris, angulis dodecaëdris, planis alternatim largioribus *muſ. Prag.* cryſtallis hexaëdris in ſimili ſchiſto et ſpato *muſ. Dreſd.* Et cryſtalliſat. a. D. BOGDANOFF e deſerto *Kirgiſenſi.* Similes e ſuperiore *Irtis fl.* regione ſunt durioris fluoris ſpecies in cryſtallos priſmat. effictae nec ad chalybem ſcintillantes. 14. et 15. *ſchoerlus albus* et *ruber* columnaris, pollicis craſſitie, ille cultro tritus in tenebris phoſphoreſcens, in minera cupri pyritae; hic in quarzo. 16. et 17. *ſchoerl. niger columnar.* Illius columna, vere gigantea, pondus habet unius librae et 10. ſemunc. Huic impreſſi granati cryſtallini, quibus evulſis manent in ſchoerlo veſtigia diſtincta polygoni corporis.

18. *hom-*

18. *Talcum corneum* inſtar ſchoerli. 19. *zeolithus* radiatus colore pſeudogalenae rubrae in lap. calcar. ſ. ſchiſtoſo-argillac. 20. *zeol. ruber lamellis hexagonis* cryſtalliſ. in lava, et in amygdaloide, interdum et albus. 21. *mica* ſ. *talcum* lamellis longis planis ſibi invicem incumbentibus, *argenteum* et *coeruleum* in *Ty-* p. 265.
rol. Auſtr. mont. Gotthard (pro ſchoerlo venditatur) *argenteum* et *viride* in *mont. Carpath.* 22. *talc. viridescens* forma granati et ſchoerli cryſtallinum, et intus ſe talcum gerens. 23. *quarzum* pumicis inſtar *poroſum* et aquae innatans. 24. *quarz.* amorphum *coeruleum.* 25. *qu. pingue, roſeum.* 26. *qu. lacteum rhomboidale.* Lamellae chartae ſubtiliſſimae craſſitie rhomboiden formant intus cavam, et intra maiores occulta eſt minor priore parietibus diſtantibus. 27. *qu. cryſtallis hexagonis*, ſed curvis aut inflexis. 28. *calcedonius cryſtalliſatus* pyramide hexangulari. 29. *calced.* p. 266.
hexaëdropriſmaticus apice pyramidali. 30. *calced. radiatus* concentricus, zeolithi inſtar cryſtalliſatus. *calc. filiformis* tubuloſus et aceroſus. 31. *C. coeruleus ſ. amorphus ſ. cubicus ſ. rhomboidalis.* 32. *C. coeruleus opalizans* in ſilice piceo flavo. 33. *opalus* et *lapis mutabilis* e *Radomiſchel Polon.* color et variatio ut in iis ad *Pexlin Hung. ſup.* 34. *lapis mutabilis* in piceo formans maculas, quae aqua humefactae evaneſcunt. 35. *lap. mut.* calore diaphanus factus, eſt lignum partim petrefactum, et ſilice piceo albo imbutum, aëri diu expoſitum. 36. *ſilex piceus viridis, obſcure flavus* ad *Iacobian.*, ubi ferro fundendo fluoris inſtar additur, *flavus* et *brunneus*, *flavus* et *ruber.* Flavi cen- p. 267.
tenarium tenet 36. libras ferri *ruber, coeruleus* in centenario 4 libras plumbi continens, *roſeus* ſ. *carneus, luteus, omnium fere colorum* in ſaxi metalliferi varietate porphyrea, nigra vel rubra. 37. *aurum nativum* in gypſo ſpatoſo ſ. ſelenitico. 38. *auri minera reticulata.* 39. *argentum nativum* columnis hexaëdris compreſſis,

preſſis, ſ. planis duobus oppoſitis largioribus angulo-
ribus, anguſtioribus ⬭. 40 *ant. plum.* vulgo *Federz* perfecte griſeum. 41. *arg.* acido ſalis larvatum. 42.
p. 268. *arg. molybdaeno* et *ferro* adunatum, tenues formans lamellas, ſuper quibus charta ſcribi poteſt, nova ſpecies. 43 *hydrargyrum* argento adunatum, *amalg. nat.* 44. *hydr. ſulphure adunatum* forma pulv. nigri, velut aethiops mineralis. 45. *plumb. ochrac.* ſ. calx plumbi nativa gryſea. 46. *pl. ſulphure mineraliſ.* ſ. galena pl. cryſtallis utrinque pyramital. absque columna. 47. *pl. ſulph. min.* ſ. *gal. pl. octoëdra.* 48. *cubica* quidem, angulis vero oblitteratis rotundatis, quaſi igne fuſa, guttulis propendentibus. 49. *pl. acido ſ. aëreo*
p. 269. *ſ. phoſphorico mineraliſ.* vulgo ſpatoſum, *amorphum, aurantium, luteum, coeruleum, album, roſeum* et *cryſtallinum cubicum, luteum* et *aurantium.* Cochleas ex genere helicis *Linn.* in pl. ſpat. luteo ad calc. mont. *Bleiberg Carinth.* repertas refellere ſententiam de montium iſtorum primaevitate. 50. *pl. acido ſalis mineraliſ. corneum*, nova ſpecies 51. *cuprum calciforme rubrum* vulgo *flos* in tenuiſſimos capillos ſ. ſquamas efflorescens. 52. *cupr. argilla, acido muriatico mineraliſ.* colore ſaturate viridi, pallidiore et lutescente varians. 53. *ferrum arſenico adunat. Miſſpickel*, quod auri 20. ſemuncias in centenario habet. 54.
p. 270. *martis minera haematitica nigra* cryſtallis pentagono-pyramidal. 55. ferr. miner. bitum., *Eiſenbranderz*, in qua aurum et argent. ſimul, ſuper ſchiſto nigro argillaceo et galena plumbi. 56. *aethites martialis cubicus.* 57. *arſenicum ſulphure mineraliſ.* rubrum et flavum nativum. 58. *cobalt. acido arſen. mineraliſ.* vulgo flos viridis. Cob. variae minerae bonae et copioſae in *Topſchau Hung. ſup.* in vitrum coerul. ſ. ſchmaltam conver. prope *Schottwin*, aliquot mill. Vienna diſtans 59. *zincum c. ferro, ſulphure mineraliſ.* ſ. pſeudogalena. *arſenic. teſtac.* 60. *ſtriata* in lapide calaminari.

61. *cry-*

61. *cryſtalliſata lutea* columnis priſmaticis hexagonis, 2. pollicum longitudine. 62. *cryſtall. colore rubini diaphano* nec opaco obſcuro. 63. *zinc. forma metall. ſulphuratum Cronſt.* 64. *zinc. aëratum* ſ. ſpat. zincin. coeruleum et viride. 65. *antimon. c. arſenico ſulph. mineraliſ.* vulgo *rubrum* in interiori minerae antimonii gryſeae *Cremnizii* et ad *Malazkam prope Presburg.* 66. nova antimonii ſpecies in fodin. plumbifer. ad *Przibram Bohem.* conſtans calce antim. alba ab acido vel aëreo, vel alio ignoto mineraliſata ſ. cryſtalliſ. Cryſtall. compoſit. lamellis parallelogrammaticis, baſi cohaerentibus ex centro quaſi divergentibus, et inſident galen. pl. Color albus ſubargenteus, nitens. Inde, donec chemice determinare poſſit, vocat *antim. album.* Calcem antim. albam nativam ex *Felſobnya* in *miſ. Prag.* viſam putat igne in fodina, ubi ligno accenſo petram emolliant, productam, uti et ſui antimonii varietatem, cryſtallos columnares, plumbo ſpatoſo albo ſimiles et ibi viſas, quae fide Cl. ZAUSCHNER antimonium contineant. 67. *magneſium calciforme induratum*, intus radiatum, aquae innatans. 68. *granites*, in quo quarz. coerul. colore lapidis Lazuli, 69. *porphyrites* niger ſ. ruber, aëre deſtructus, continens ſilicem piceum et minimas cochleas heliciformes, eſt vero ſtratum ſecundarium e deſtructo ſaxo metallifero ortum. 70. *lava vitrea cryſtalliſata*, dodecaëdro pyramidata, lateribus concavis, ad *Tokay Hung.* rarior. Informis vero in terra vulcanica tuffacea prope *Tokay* ſtratum peculiare facit. 71. *lava* hinc inde *columnaris* ſ. *baſaltina* ſchoerlum viridem column. et chryſolithos continens. 72. *terra vulcan. indurata*, *traff* dicta, ramos vegetabiles in carbonem converſos includens (*Andernaci prope Rhen*), quae omne dubium de origine lapidis huius molaris Rhen. tollit. 73. *ichthyolithus* ſ. piſcis petrificat. in gypſo.

p. 271.

p. 272.

74. *li-*

74. *lignum foſſile auriferum* nigrum in breccia ſilicea, in centenario unam auri unciam tenens.

p. 274. 17. BAS. ZUTEW *petrefacta ignota.* Sunt duo reperta in minera ferri alba prope Ieniſeiskum in Si-
Tab. V. beria. Cuius maſſa oblonga, in medio cylindri-
fig. 1-3. ca, ſi verticaliter inſpiciatur, ligoni, cuius apices
p. 275. ſibi invicem ex adverſo compreſſi, ſi horizontaliter, piſci, cuius roſtrum depreſſum, medium ventricoſum, cauda compreſſa, elongata, attenuata, ſin autem deſuper, linguae beſtiae maioris ſimilis apparere; ſuperficiem habere planiorem, ad apicem anteriorem utrinque depreſſam, ad poſteriorem compreſſam, undiquaque laevem, praeter pauca loca, in quibus arena quarzoſa inaequalis ſe adferruminaverit, veſtita quaſi cortice ferrugineo, in medio dorſo duplo craſſiori, quam ad apices aut ſubtus, mallei percuſſione per fruſta facile ſeparando; intus eſſe vere ſolida, aequalis, fuſca, extrorſum parum flaveſcens, ſulcis tranſverſis velut cingulis totum corpus ambientibus, varie diſtantibus, parallelis, ſubtus retrorſum flexis, eſſe denique 1. ped. 2. poll. 3. lin. longa $3\frac{1}{2}$. poll. in medio lata et alta, 10. poll. in craſſiori loco ampla ſcribitur. Ad piſcis caudam tantum conſpici lineam lateralem rectam, vel parum flexuoſam, per medium latus ad
Tab. VI dimidium uſque corporis tendentem. Alterum fuit
fig. 1. 2. cornu, immerito pro dente trichechi roſmari habi-
p. 276. tum, 1. ped. 2. poll. longum, dimidium ped. in me-
p. 275. dio amplum, rectum, ad radicem parum incurvatum, annulis novendecim, ab uno latere cylindricum, ab altero planum, vel ſulco lato excavatum, verſus api-
p. 276. cem attenuatum; ſuperficies eius inaequalis, ſtriis ſulcisve varie magnis longitudinalibus exarata, hinc illic ſabulo exaſperata; ſubſtantia ſolida, fuſca, cortex non ultra lineam craſſus malleo percuſſus fruſtatim facile decidens. Fuſcum horum petrefactorum colo-

colorem forte inde derivandum, quod minera ipſa continens aëri libero diu expoſita magis magisque nigreſcat.

18. I. T. KOELREUTER *dianthi novi hybridi* p. 277.
Exp. 1. dianth. plum. Sibir. *) ♀ et barbat. ♂ fl. ſatur. carmeſ. Plantarum ex hac copula ortarum habitus idem ac parentum, folia graminea, ſpiſſiora, longiſſima $4\frac{1}{2}$. poll. par. latiſſima $2\frac{1}{4}$. lin. intenſius quidem, minus vero ſplendide virentia, longiora et la p. 278.
tiora quam ♀. non adeo ſplendide viridia, longa, rigidiuſcula, anguſtiora quam ♂. eiusdem coloris caules, altiores, craſſiores magisque recti quam ♀. humiliores, graciliores, flexibiliores, adeo recti quam ♂. Florum faſciculi denſiores, copioſiores, ſibi viciniores quam ♀, laxiores, magis inordinati et diſtincti quam ♂; calyx, (cuius ſquamulae non ita obtuſae et breves quam ♀. non adeo longae, ſetisque minus conſpicuae, quam ♂,) brevior minus cylindraceus, in ſegmenta anguſtiora diviſus quam ♀, longior, minus ventricoſus, ore latioribus nec ita acutis dentibus inſtructo quam ♂: flores pallide carmeſini, non ſine omni venularum profundius tinctarum veſtigio, punctulis albicantibus obiter inſperſi, minores, minusque fimbriati quam ♀. maiores quam ♂, ſat profunde inciſi ut ♀, non limbo ſimpliciter crenati, ut ♂; petalorum limbus minus oblongus, quam ♀, non ita ſubrotundus, ut ♂; antherarum pulvis cinereo albicans, pluribusque effoetis et vacuis quam bonis particulis conſtans, ſtamina una cum ſtigmatibus conſpicua, capſulae foecun-

*) Vid. *dritte Fortſetzung der vorläufigen Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen. Leipz.* 1766. *p.* 89.

cundatae non cylindraceae, ut ♀, non ventricoſae, ut
♂, earum longitudo et craſſities inter ♀ et ♂ me-
p. 279. dia; plurimae vacuae, pauciores uno alteroque ſe-
mine nigro ad aſpectum bono foetae, forte a paren-
tibus in vicinia collocatis. Exp. II. barbat. ♀ et plu-
mar. Sibir. ♂. non multum diverſ. ab Exper. I. Exp.
III. deltoid. ♀. et armer. ♂. Semina pauca bona.
p. 280. Exp. IV. barbat. ♀ et armer. ♂. Exp. V. plumar.
Sibir. ♀ et ſuperb. ♂. Exper. VI. hortenſ. fl. pallid.
cinnabar. ♀ et plumar. Sibir. ♂. Exp. VII. hortenſ.
var. color. ♀ et ferrug. ♂. Inverſe in Exper. VIII.
p. 281. flores boli armenae colore, nonnulli pallide rubicun-
di. Exper. IX. ſuperb. ♀ et ferrug. ♂. ut in VII. et
VIII. color plantarum flavus ferrugineo proprius.
p. 282. Exp. X. ſuperb. ♀ et chinenſ. ♂ *). Exp. XI. ſuperb.
♀ et barbat. ♂. flores pallide carmeſ. punctis obſole-
tis albicantibus conſperſi, maculae pallide virentes,
non pauci pili puniceï, capſulae plurimae vacuae,
hinc inde ſemen nigrum dubiae qualitatis. Exp. XII.
p. 283. ſuperb. ♀ et carthuſian. ♂. flor. pall. carmeſ. macul.
pall. virid. c. ſtriis tribus rubicundis et pilis ſat longis
puniceis, limbus petalorum profunde inciſus anthe-
rarum pulvis incanus, maxime bonus. Exper. XIII.
chinenſ. ♀ et pung. ♂. Exper. XIV. ſuperb. ♀ et
pung. ♂. florum magnitudo et fimbriarum corollae
p. 284. longitudo ut in plantis ex copula barbat. ♀. et ſuperb.
♂. enatis, color albicans in rubicundum inclinans,
circa baſin limbi corollae maculae viridiuſculae cum
pilis puniceis rarioribus, antherarum pulvis griſeus.
Exp. XV. hortenſ. ♀ et pung ♂. flores ex rubro et
albi ſtriati ſumme ſteriles. In omnibus his experi-
mentis media inter parentes et prognatos ſimilitudo.
Exp. XVI. ex glauc. ♀ et deltoid. ♂. plantae foecun-
diſſimae, inde forte pro varietate naturali habendae.

19. E.

*) Vti in XLI. *Verſ. d. dritt. Fortſ. p.* 69. §. 40.

19. E. LAXMANNI *ſorex caecutiens.* Hanc in Si- p. 285.
biria ad lacum Beical habitantem, cuius pondus, va- Tab. VI
riae longitudines, et peripheria accurate definiuntur, corpore gaudere ſorice minuto paulo groſſiori, et hirſutiori, naſo roſtrato ſupra hirſutie fuſco, infra pallido, dentibus fuſco rubentibus, nitidiſſimis, obtuſuſculis, rotundatis, myſtacibus copioſioribus rigidiuſculis mediocribus, corpore teretiuſculo, ar- p. 286.
tubus tenuibus, pedibus pentadactylis, et uti ungues, gryſeis, collo breviſſimo, huic proximis poris auditoriis maiuſculis (deſunt autem auriculae) ſurſum directis. Hos uti et oculos ſemine papaveris longe minores orisque ſinui proximos conſpicuos eſſe non niſi detracto vellere ſupra fuſco pilisque denſiſſimis ornato, infra coeruleſcenti cano ab ore ad caudam, quam eſſe, fere trunci longitudine, tenuem, ſupra fuſcam, ſubtus gryſeam.

Aſtronomica ſunt:

20. L. EULERI *annotata ad ſcriptum* de LAP- p. 289.
GRANGE *inſertum Vol. V. miſcellaneorum Taurinenſium, attinens methodum medium tenendi inter concluſiones plurium obſervationum etc.*

21. STEPH. RUMOVSKY *determinatio latitudinis* p. 298.
et longitudinis fortalitii Moſdok, deducta ex obſſ. ann. 1785. *a* THEOD. TCHEMOI *inſtitutis.*

22. NIC. FUSS *animadv. de nova methodo ano-* p. 302.
maliam eccentricam per anomaliam mediam inveniendi.

23. I. ALB. EULERI *Epitome obſſ. meteorologi-* p. 307.
carum factar. Petroburgi ann. 1785. *nov. ſtyl.*

III.

A. I. RETZII faſciculus obſervationum botanicarum ſecundus *). Cum figuris aeneis. clɔlɔccLxxxi. pagg. 28. tabb. V. Faſciculus tertius cum figuris aeneis et IOH. GERH. KOENIG deſcriptionibus monandrarum clɔlɔccLxxxiii. pagg. 76. tabb. III. Faſciculus qaartus. Cum figuris aeneis clɔlɔccLxxxvi. pagg. 30. tabb. III. Faſciculus quintus. Cum figuris aeneis. clɔlɔccLxxxvii. pagg. 32. tabb. III. Faſciculus ſextus cum figuris aeneis ut I. G. KOENIG deſcriptiones epidendrorum in India orientali factae. clɔlɔccxci. pagg. 66. **). tabb. III. et ſub titulo generali:

ANDREAE IOHANNIS RETZII Phil. Mag. ad reg. acad. Lundenſ. hiſtoriae natur. et oeconom. Prof. R. et ord. ſociet. phyſiographicae Lund. Secretarii etc. obſervationes botanicae ſex faſciculis comprehenſae. Quibus accedunt IOANNIS GERHARDI KOENIG M. D. et hiſtorici naturalis celeb. deſcriptiones monandrarum et epidendrorum in India orientali factae. Lipſiae, apud Siegfried Lebrecht Cruſius. clɔlɔccxci. cum icone Cel. Auctoris, a NIC. ABILDGAARD prof. Hafn. amica manu delin. et ab I. G. Schmidt Dresdae ſculpta. 1790.

Faſc. II. Faſcieuli ſecundi praefatio iterum de neceſſitate ſingulas plantarum ſpecies exacte deſcribendi exponit.

*) Vid. de primo Comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 677.

**) Potius nonniſi 56: nam loco p. 5. ordirur a p. 15.

ponit. Multas hic primum deſcriptas plantas, iam ſyſtemati naturae inſertas, nunc non tangimus *): reliqua potiora, qua fieri poterit brevitate, excerpamus. *Valeriana ſaxatilis* dioica, *V. dioicae* proxima. p. 7.
Convolvulus copticus, a b. KOENIG (cui inprimis exp. 11.
novis per omnes faſciculos adductis quamplurima debentur) miſſus, caulibus poſtratis et foliis potius palmatis vel ad baſin fere 5 lobis unguicularibus a deſcriptione Linnaeana differt; an diſtincta ſpecies? quaerit Cl. Auctor. *Mangiferarum* examen botanicis Indiae commendatur. *Rhamnus oenoplia* foliis ovatis minime autem ſemicordatis. *Rh. xylopyrus* et reliquae ſpecies drupaceae forſan ab hoc genere ſeparandae. *Lycium indicum* inerme, foliis ovatis utrinque acutis nervoſis (*L. foetidum* LINN. vid Faſc. V. p. 12.
p. 2.). *Achyranthes polygonoides* caule decumbente 4 gono, foliis ovatocordatis, ſpicis laxis laevibus, eadem planta cum *Digera arvenſi* FORSK. **), ſimili *Polygono orientali* foliis et ſpicis, minus licet compactis. *Celoſia polygonoides* foliis cordatis caule hiſpido, racemo ſpicato laxo, floribus 3 gynis, ſimilis praecedenti, a *C. trygina* diverſa. *C. Monſonia* cau p. 13.
le proſtrato divaricato tomentoſo, foliis filiformibus, ſpicis cylindricis (ob fructus in tranſmiſſo exemplari abſentiam non ſatis determinanda, utrum huc, an ad *Achyranthem* pertineat: Faſc. V. p. 2 monet Cl. Auctor, eſſe *Illecebrum Monſoniae* LINN. Suppl.) Duorum horum generum aeque ac *Illecebri* character inconſtans, lubricus, nec in hortis Europaeorum e plantis facile morboſis eruendus. *Vinca parviflora* caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis, floribus

*) Cel. GMELINUM in recentiſſima eius editione Faſc. VI. nondum uti potuiſſe, collatione facta vidimus.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 529.

geminis involucratis (*V. pusilla* LINN. Suppl. vid. Fasc.
p. 15. V. p. 3.). *Periplocae emeticae* radicem loco ipecacuanh
in India orientali adhiberi retulit Cl. THUNBERG *). Bal
p. 17. *bocodium vernum* T. I. depictum. *Allium multibul*
sum JACQ. idem cum *A. nigro* LINN. quod Cl. Au
ctor Fasc. I. p. 15. dubius, num potius ad *A. nove*
pessulanum GOUAN. referri deberet, descripserat. In
Hyacinthis bulbosis numerus, situs et forma brac
p. 18. rum attentius observanda. *Clematis chinensis* Tab. II
depicta *Aiuga pyramidalis* omnino ab *A. genevens*
p. 19. stincta. De differentia inter *Ononidem arvensem* e
spinosam (conferenda ea, quae in Fasc. I. tradi
p. 21. sunt **); vid. etiam Fasc. V. p. 6.): ad priorem O
DRYANDER *O. mitem* CLUS. et *hircinam* JACQ. referr
p. 23. *Lotus medicaginoides* flore *Medicagini polymorphae*, fo
gumine *Trigonellae* simillima: hinc dubius etiamnum
Cl. Auctor, num forte posterioris potius species
p. 24. *Hieracium heterophyllum* caule repente, foliis radica
libus 3 lobis, caulinis ovatis, est *Prenanthes repens*
p. 25. LINN. *Tussilago paradoxa*, *Petasites* HALL. Hel
141. depicta Tab. III. *Achillea serrata* ab *alpina* di
fert foliis profunde simpliciterque serratis. *A. no*
stata foliis linearibus serratis, serraturis transver
p. 27. cristatis, caule ramoso debili. *Aegilops muricata*
(descriptio correcta sub nomine *Rottboelliae muricatae*
p. 28. Fasc. III. p. 12.). *Pteris lunulata* Tab. IV. et *Aspl*
tum fuscum (idem cum *A. flabellulato*, vid. Fasc. VI.
p. 38.) Tab. V. depicta.

Fsc. III. Fasciculi tertii praefatio de distinctione inter
p. 7. species et varietates. Prima ex descriptis plantis ad

Hip

*) Idem de *P. indica*, vid. Comment. nostr. Vol. XIV.
p. 637.

**) Vid. Comm. nostr. Vol. XXIV. p. 678.

Hippuris lanceolata, T. I. depicta, adiuncta floris microscopio aucti icone. Aeque ac *H. vulgaris* gynandra (ulterior huius asserti defensio contra Cl. HILLERIUM Fasc. VI. p. 18.). *Salvia nilotica* foliis inferioribus runcinatis superioribus cordato-angulatis; rugosis, pilosis, verticillorum aristis 4. *Panicum* p. 10.
Burmanni distinctissimum a *P. hirtello*. *Struthiolae* p. 25.
character emendatur: nectaria 8 antheriformia, singulo basi corona setarum circumdato, faucis margini impositа; calyx diphyllus, foliis acutis compressis carinatis. Quod LINNAEUS calycem dixit, corolla; quod bracteas, calyx Cl. Auctori est. Inde descriptiones *Str. tetragonae* (*Str. erectae* L. an *Nesaeae tetrandrae* BERG. Cap.?) et *pubescentis* (*Str. virgatae* L.). *Physalis barbadensis*, ramosa, foliis p. 26.
pubescentibus basi cordata invicem impositа, pedunculis nutantibus: huc non ad *Ph. pruinosam*, icon DILLENII referenda. *Athamantae libanotidis* tres varie- p. 28.
tates, *pubescens*, *ambigua*, et *lucida*. Sic etiam *Pim.* p. 29.
pinellae saxifragae varietates quaedam enarratae et cum descriptionibus aliorum (dolente Cl. Auctore, se Cl. JACQUINI fl. austr. consulere non potuisse) collatae. *P. dissecta* foliis omnibus pinnatis, pinnis multi- p. 30.
partitis, segmentis subfalcatis acutis, Tab. II. depicta, *Tragoselinum* HALL. Helv. 787. radice aeque ac varietatum *P. saxifragae* in officinis pharmacevticis adhibenda. *Forskohleä scabra* foliis ovatolanceolatis p. 31.
dentatis scabris subtus albidis. *F. tenacissima* dicitur *latifolia*. *Euphorbia peplus* interdum polygama, flo- p. 32.
re uno alterove pedicello erecto, petalis, stylo et stigmatibus, sine germine et antheris; bonus character specificus eiusdem in capsulae angulis bicarinatis. *Rosa maialis* germinibus globosis pedunculis petiolisque inermibus, caule aculeis geminis axillaribus, calycibus integris spatulatis, HERRMAN diss. de rosa p. 8. similis *R. fecundissimae* DUROI praeter petiolorum

aculeos, et *R. cinnamomeae* MILL. eamdem vero esse
p. 34. cum *R. cinn.* L. vix credendum. *Peganum crithmifolium* foliis multifidis, caule fruteſcente, ex seminibus a Cl. PALLAS prope mare Caſpium lectis, simile *P. harmalae*, ſed ſtatura minor et calyx ſimplex, corolla brevior. *Aquilegia viridiflora* nectariis rectis petalo rugoſo longioribus. *Paeonia corallina* foliis ovatis integris nudis, capſulis recurvatis tomentoſis.
p. 39. In *Phaſeolo vulgari* ſquama nectarifera inter vexilli unguem et ſtamen liberum, alba, ſurſum flexa, ipſi filamento adnata; aliud nectarium oblique campanulatum, pellucidum, ſtriatum, pedicellum germinis intra filamentum connatum cingens. *Aſtragalus arenarius* Faſc. II. p. 22. deſcriptus, hic Tab. III. depictus. *Senecio uniflorus* corollis nudis, foliis ovatis dentatis eroſis, pedunculis 1 floris elongatis (*S. cordatus* LINN. Faſc. V. p. 27.).
p. 42. *Andropogonis muricati*
p. 43. radices Tamulis uſitatiſſimae ob gratum odorem, quem aqua irroratae ſpargunt; ex his ſtabella parant, quae pennis pavonum ornant; ex relatione b. KOENIG (eumdem eſſe cum *A. ſquamoſo* LINN. Suppl. poſtea monet Cl. Auctor. Faſc. V. p. 21.)

Accedimus nunc ad ſubiunctas huic faſciculo deſcriptiones monandrarum a b. KOENIG vivarum diquiſitarum Cl. cum Auctore noſtro communicatas, quibus hic epiſtolam nuncupatoriam ad illum praefixit, in
p. 47. quae *Scitamineas* forte unicum genus naturale conſtituere aſſerit, cuius character eſſentialis *Calyx* ſuperus *Limbus* duplex, monophyllus tamen, *Filamentum* corollae adnatum; ad genera artificialia condenda non ſufficere ſolam corollam, multo minus limbum interiorem, minus recte a LINN. nectarium dictum, nec calycem, nec vera nectaria; inde a limbo corollae et ſtamine ſequentem diviſionem earum, quae hic deſcriptae ſunt, proponit.

1) *Zerumbeth* (*Amomum zerumbeth* KOEN. *Ernd-* p. 55.
lia GIS. plane diverſa ab *A. zer.* LINN.): *Cor.*
ſubperſonata. *Fil.* 2. *Anth.* 1. 2 *partita.*

2. *Hura* (*Manitia* GIS. *Sphaerocarpus* GMEL. in S. p. 49.
N.): *Limbus interior* 2 fidus. *Fil.* alatum. *Anth.*
coronata membranula.

3. *Kaempferia purpurea: Limbus uterque* 3 parti- p. 57.
tus. *Anth.* nuda, utrinque retuſa.

4. *Alpinia ſeſſilis* (a Cl. GIS. ad *Kaempferiam* rela- p. 62.
ta): *Limbus uterque* 3 partitus. *Anth.* membra-
na coronata, mutica.

5. *Curcuma longa*: *Limbus uterque* 3 partitus. p. 72.
Anth. coronula membranacea calcarata (*Stigma*
4 dentatum).

6. *Zingiber ſpurium: Limbus exterior* 3 partitus, p. 60.
interior 3 fidus. *Anth.* roſtro coronata. Huius p. 62.
forte varietas *Lampujang* vel *Thumung.*

7. *Amomum montanum* (*Iaegera* GIS.): *Limbus ex-* p. 51.
terior 3 partitus, *interior* ovatus, integer. *Anth.*
corniculo coronata.

8. *Coſtus malaccenſis*: *Limbus ext.* 3 partitus, *int.* p. 71.
3 lobus. *Anth.* nuda.

9. *Hedychium coronarium: Limb. uterque* 3 parti- p. 73.
tus. *Anth.* nuda, baſi haſtata. Odor florum
gratiſſimus, qui ideo mulieribus malaccenſibus
ad ſerta uſitatiſſimi; planta ibi ſemina num-
quam profert, ſed gemmis fruſtulisque radi-
cum propagatur, ubique quaſi ſpontanea.

10. *Amomum quintum* (*Meiſtera* GIS.): *Limb. int.* p. 54.
3 lobus, dupliciter cordatus. *Anth.* coronula
ſemilunata. Fructus magnitudine pruni com-
munis ab incolis comeditur.

11. *Amomum globba criſpa?* (*Paludana* GIS.); *A-* p. 50.
momum uliginoſum (*Wurfbainia* GIS.); *Amo-* 56.
mum cardamomum; *Languas aquaticum ſ. ſylve-* p. 59.
ſtre (*Martenſia* GIS.); *Amomum ſcyphiferum* 67.

p. 68. 69. *leonurus*, utrumque iunctum *Hornſtedtia* RETZ. Faſc. VI. *Greenwaya* GIS.): *Limb. interior* indiviſus. *Anth.* membrana integra vel divisa coronata.

p. 64. 65. 12. *Languas vulgare* et *chinenſe* (uterque iunctum *Heritiera* RETZ. Faſc. VI. *Albina* GIS.); *Amomum littorale* (*Ettlingera* GIS.): *Limb. interior* indiviſus. *Anth.* nuda.

p. 52.

p. 75. 13. *Bankſea ſpecioſa* (*Swarzia* RETZ. *Hellenia* RIUSD Faſc. VI. *Planera* GIS. *Tſiana* GMEL. S. N.): *Limb. interior* cucullato-campanulatus, dorſo fiſſus. *Anth.* apice filamenti recurvo coronata (*Stigma* biglanduloſum). Habitat in nemoroſis humidiuſculis Malaccae, colitur in hortis pro uſu medico.

(Liceat hic ex libro Cl. GISEKE in anteceſſum adducere, b. KOENIG in litteris ad Cl. RETZIUM varia de characteribus variorum generum addidiſſe, non tamen ſufficientia ad omnem ſcitaminum hiſtoriam declarandam; quibus Cl. R. ſubiungit, plantarum ipſarum ſpecimina a b. viro tranſmiſſa in itinere periiſſe, quod omnino dolendum.)

Ffc. IV. Faſciculi quarti praefatio nonnulla ex litteris b. KOENIG communicat. Ipſe diarrhoea acutiſſima, quam apoplecticam appellare fas ſit, correptus eſt, elaſticam quaſi excrementorum excretionem ſequuntur deiectiones lymphae clarae, extremitatum frigus, manuum convulſio et earum facieique ſudor viſcidus, ſpirandi difficultas cum voce demiſſa rauca, timor vel indolentia, pulſus nonniſi ad carotides percipiendus irregularis, vomitus in quibuſdam, unguium livor, dein ſpaſmi extremitatum, mors ſine inſigni motu convulſivo, ſaepe intra ſemihorium, interdum poſt 6 — 8 horas; remediis idoneis morbus ad nychthemerum protrahitur: pauci ſibi relicti ſaneſcunt;

ipſe

ipſe poſt menſem demum plane convaluit. *Excaecariae* ſuccus a veneni vituperio vindicatur ex propria experientia. *Columba radix* Caffris multi uſus, etiam in dyſenteria, ſaepe tamen cum medicina in ore morientibus. *Sanguinem draconis* ſuccotrinenſem ex *Calamo* colligi vix credibile; malaccenſem ſaepe Gummi Damar, Anime ſpecie, adulterari. *Terram iaponicam*, qua opulentiores Tamuli utantur, ex Malacca provenire, *Cattu-Cambar* dici, et ex *Cinchonae* ſpecie copioſe excoqui. *Gummi guttae* in Zeylona a ſe collecti, prunis inſperſi ſuavi odore reficientis, veram originem alibi ſe expoſiturum ſpondet (cui etiam promiſſo ſtetit in litteris ad Ill. BANKS *) — *Stalagmites* MURR.). Iam ad obſervationes ipſas accedimus. *Schoenus cypreoides* (diverſus a *Sch. cyperoide* SCHWARZ. alterutri igitur novum nomen imponendum) *Scleriae* character eſſentialis *Spicula maſc.* gluma 6 valvis 1 — 2 flora, *fem.* 6 valvis 1 flora, *Sem.* globoſum album nitidum (correctum ſecundum Cl. SCHWARZ. dedit Ill. SCHREBER Gen. plantt. n. 1408.): tres eius ſpecies, *poaeformis*, *tenuis*, *laevis*, haec a *miti* diverſa. *Reſtio articulatus* culmis teretibus articulatis, ſpica ſolitaria articulata (an a Cl. THUNBERG memoretur, huius monographia deſtituti diiudicare non poſſumus). *Sacchari arundinacei* culmes totos ſaepe a Tamulis ad infimum ſtratum tectorum adhiberi, quum reliquis melius durent, ſed refugium quoque praebere ſerpentibus, lacertis cet. *Panico antidotali* in hortis culto, ſemina non ferente, ſed ſtolonibus propagato, Malabaros uti praecipue ad ulcera naſi aliisque in caſibus ut diſcutiente, vel trito vel coctione in cataplaſma mutato; *Poam viſcoſam* viſcida materia obduci, cuius odor terebinthinaceus ve-

p. 7.
p. 13.
p. 17.
p. 21.

*) Vid. MURRAY appar. med. Vol. VI. p. 654. ſeqq.

ſperi inprimis atmoſphaeram replens obambulantes haud ingrate afficiat; *Arundinis karka* (*Calamagroſtis karka* GMEL. S.N.) paniculam a ventis facillime motam directiones eorum indicare; ex *Ariſtida ſetacea* ſcopas confici, eam ad dentes pectinum textorum adhiberi, loco fili orichalcei a chartae confectoribus, loco acuum ad nendum cet. narrat b. KOENIG. Ex
p. 22. eiuſdem fide *Embelicae* (a Cl. *Vahl* in Symb. ad *Salvadoram* relatae) duae ſpecies. *E. Ribes* foliis obovatis alternis BURM. et *E. Groſſularia* foliis ovato-lanceolatis oppoſitis; *Ribeſioides* LINN. Fl. Zeyl. huc
p. 23. referendum videtur Cl. Auctori. *Creſſa indica* corollarum apicibus barbatis, capſulis 4 ſpermis; huic ſimillima *Cr. cretica* corollis imberbibus, capſulis 2 ſpermis. *Cameraria zeylanica* foliis ovatolanceolatis tranſverſe venoſis, *Apocyno-nerium* LINN. Fl. zeyl.
p. 27. *Pedicularis incarnata* ex Groenlandia iam in Prodr. fl. Scand. deſcripta, a LINNAEI deſcriptione plantae ſibiricae nonnihil recedens, Tab. I. deſcripta. *Sa-*
p. 28. *ſamum proſtratum* rudimento 5. ſtaminis caret; ſapor
p. 29. ſubacris; Malabaris medicinale. *Hedyſari triflori* varietas pedunculis axillaribus, ex china per Cl. WEN-
p. 30. NERBERG communicata. *Hieracium Taraxaci* Tab. II. et *Orchis hyperborea* Tab. III. depicta.

Faſc. V. In Faſciculi quinti praefatione tumulo b. KOENIG flores ſpargit Cl. Auctor. Initium faciunt augmenta et emendationes edit. XIV. Syſt. Nat. et Sup-
p. 2. plementi a LINN. iun. editi. *Callicarpa integrifolia* forte eadem cum *C. tomentoſa*. *Echium pyrenaicum*
p. 3. non *laevigati*, ſed *italici* varietas. *Celoſia lanata* et *Illecebrum iavanicum* an diſtinctae plantae? *Amaryllis capenſis* eadem cum *Hypoxi ſtellata*. *Rhododendrum dauricum* adhuc cum *Ledo groenlandico* confuſum *). Si-

lens

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 675.

lus orchidea L. Suppl. et *S. Atocion* JACQ. una eademque. *Mangifera pinnata* monente b. KOENIG a reliquis huius generis diverſiſſima floribus 10 — raro 8 andris, 5 gynis, nuce 5 loculari 5 ſperma, involucro nucis moſchatae ad inſtar ſed calloſo, cincta. *Tacca pinnatifida* monente Cl. DRYANDRO eadem cum *Leontice leontopetaloide*. *Erinus lychnidea* eadem cum *capenſi*. *Guſtaviae* duae ſpecies, 6 petala a 4 petala omnino diverſa. *Prenanthes pinnata* ſine dubio *Sonchi* ſpecies. *Senecio alpinus* cur ad *S.* referatur, ſe non perſpicere fatetur Cl. Auctor. *Stoebe gnaphaloides* eadem cum *gomphrenoide*. *Lobelia bellidifolia*, non *bellidiflora*. *Acroſtichum thalictroides* et *filiquoſum* ex mente b. KOENIG unum idemque. *Lichen flammeus* non ad ſcyphiferos referendus, ſed medius inter fruticuloſos et foliaceos. *L. chryſophthalmus* et *capenſis* certe unus idemque. Iam de propriis Cl. Auctoris obſervationibus. *Panicum ſquarroſum* Tab. I. depictum (idem cum *Cenchro muricato*, vid. Faſc. VI. p. 16.). *P. brizoidis* deſcriptio, quum Linnaeana in Mant. adeo manca ſit, ut tota deleri debeat. *P. fluitans* huic ſimile; utrumque facie *Paſpali*. *Cinna* quum variet ſtaminibus ſolitariis, 2 et 3, commode *Agroſtidis* generi aſſociatur: *A. Cinna* panicula contracta mutica, floribus acuminatis ſubmonandris, foliis planis ſcabris (Faſc. VI. p. 22. autem ex litteris SCHREBERI monet Cl. Auctor *Cinnam arundinaceam* L. longe aliud eſſe gramen, hic ergo excludendam: *Agroſtidem Cinnam* multum *A. mexicanae* ſimilem, niſi eamdem omnino, dein in variis hortis, etiam Upſalienſi, pro *Cinna* L. habitam eſſe; in Svecia ſub dio creſcere et perennare, quod de gramine mexicano incredibile). *Poa biflora* (*Aira Koenigii* S. N. ed. GMEL.). *Sceleria ſumatrenſis* culmo folioſo, panicula prolifera erecta, involucris 3 phyllis, floribus polygamis, Tab. II. depicta: ſtyli 3, ſtigmata villoſa,

p. 4.

p. 5.

p. 6.

p. 7.

p. 8.

p. 17.

p. 19.

loſa, ſemen ſubrugoſum, atrum? Num ſola haec
p. 20. ſpecies ſeminibus laevigatis albis deſtituatur? *Aru-*
p. 24. *do bengalenſis* (*Aira bengalenſis* S. N. ed. GMEL.) *Bambos arundinacea* (character genericus emendatus ab Ill. SCHREBER gen. pl. n. 607.). Nectariorum
p. 25. in variis *Sedi* ſpeciebus diverſa figura. *Lagerſtroemiae* ſpecies duae iam Faſc. 1. p. 20. dubie propoſitae: *L. flos reginae* foliis ovato-oblongis, calycibus rugoſis tomentoſis, et *L. indica* foliis ovatis, calycibus nu-
p. 26. dis laevibus. *Sparrmanniae africanae* icon Tab. III. *Arachis fruticoſa* caule fruticoſo erecto, *Hedyſarum hamatum* L. (*Styloſanthes procumbens* SWARZ.). *Abromeitis*
p. 27. character genericus *) ſecundum *A. Wheeleri* emen-
p. 28. dandus (conf. SCHREB. gen. pl. n. 1217.) *Zinnia latidens* characteres *Zinniae*, *Bidendis* et *Coreopſidis*, coniungens. *Acalypha betulina* (*fruticoſa* FORSK.) in
p. 30. Zeylona ſpontanea, plantatur in India in uſum medicum; odor aromaticus. *Croton punctatum* e Zeylona a b. KOENIG miſſum: fructus ſpicatus, capſulis ſericeis coccineis piloſis. *Antideſma acidum* foliis
p. 31. obovatis, ſpicis ſolitariis. *Terminaliae* character genericus eſſentialis a b. KOENIG ponitur in *calycis* fundo glanduloſo barbato, *nuce* lignoſa, *nucleo* cylindrico utrinque acuto, *cotyledonibus* ſpiraliter contortis. *T. chebula* foliis ovatis nudis, petiolis ſupra biglanduloſis racemis ſimplicibus.

Fſc. VI. In praefatione faſciculi ſexti Cl. Auctor recentiorum generum in eodem ſtabilitorum rationem reddit. *Schreberam* L. ex flore *Cuſcutae* cuiuſdam africanae et fructu *Myricae* conflatam cognovit Cl. VAHL herbarium Linnaeanum ſcrutatus: inde novum Ill. SCHREBERI nomine inſignitum genus, quod Ipſe etiam

*) Vid. Comment. Vol. XXV. p. 114.

tiam ex litteris Cl. RETZII iam annotavit *). Monuerat b. KOENIG, in monandriis inflorescentiam magni esse ponderis; ex quo fundamento tria genera constituit Cl. Auctor: *Heritieram*, *Hornstedtiam*, et *Helleniam*. *Heritiera*: *Infl.* paniculata. *Cor.* limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nect.* 2 phyllum vel 2 fidum. *Capf.* 3 locularis coriacea inflata subglobosa. Spec. 1. *H. Allughas* nectariis 2 phyllis, capsulis subspongiosis, foliis integerrimis Tab. I. (in iconis egregiae cum descriptione collatione desideramus tamen marginem albicantem foliorum, tomentum pedunculorum, bractearum et spathae, hirsutiem corollae exteriorem, et inprimis interiora floris, ut germen et nectarium pateant.) 2. *H. alba* nectariis 2 phyllis, capsulis striatis, foliis integerrimis latis, *Languas vulgare* KOEN. 3. *H. chinensis* nectariis 2 phyllis, foliis ciliatis, *Languas chinense* KOEN. 4. *H. aquatica* nectariis 1 phyllis 2 fidis, foliis margine denticulatis, *Languas aquaticum f. sylvestre* KOEN. *Hornstedtia*: *Inflor.* spica strobiliformis apice hians, subacaulis. *Cal.* 2 fidus. *Cor.* tubus longus filiformis; limbus duplex; exterior 3 partitus. *Nect.* tubulosum. *Capf.* 3 locularis oblonga. Spec. 1. *H. scyphus* foliis subtus tomentosis, *Amomum scyphiferum* KOEN. 2. *H. Leonurus* foliis glabris ciliatis, *A. leonurus* KOEN. *Hellenia* (superius Fasc. III. *Swartzia*): *Inflor.* spica strobiliformis ovata, scapo elongato folioso insidens. *Cal.* 3 fidus. *Cor.* limbus interior cucullato-campanulatus, dorso fissus. *Nect.* nullum. *Capf.* 3 locularis oblonge coronata. Spec. 1. *H. grandiflora*, *Banksea speciosa* KOEN. — *Piper longum* L., monoicum ex observatione b. KOENIG. *Scirpus globulosus* culmo compresso nudo, panicula

p. 17.

p. 18.

p. 19.

*) In praefatione ad Generum plantt. Vol. II. p. 4.

nicula terminali, ſpicula unica ſeſſili: pedunculis pluribus globoſis. *Sc. iunciformis* culmo nudo filiformi ſubtrigono, paniculae ſpiculis ſeſſilibus pedunculisque, involucro 2 phyllo. *Sc. piloſus* culmo tereti ſtriato folioſo, panicula terminali 2 phylla ſubfalcata, ſpiculis ovatis ſquarroſo-echinatis. *Sc. barbatus* culmis 3 quetris nudis, vaginis foliorum piloſo-barbatis, capitulo terminali ſeſſili involucrato, ROTTB. deſcr. et. ic. p. 52. t. 17. f. 4. *Cyperus racemoſus* culmo 3 quetro nudo, umbella ſupradecompoſita, pedunculis ramoſis racemoſisque, involucro polyphyllo longo. *C. canaliculatus* culmo 3 quetro canaliculato-nudo, umbella decompoſita, pedunculis racemoſis, involucro polyphyllo longiſſimo. *C. albidus* culmo 3 quetro nudo, umbella compoſita, pedunculis corymboſis, involucro polyphyllo longiſſimo. *C. aegyptiacus* idem cum *Schoeno mucronato* ita definiendo: *Sch.* culmo tereti nudo, capitulo terminali conglomerato, involucro hexaphyllo patente. *Kyllingia cyperina* culmo 3 quetro ſtriato baſi folioſo, umbella ſimplici, ſpicis ſtrictis ſeſſilibus, involucro univerſali polyphyllo longiſſimo, partiali nullo. *Agroſtis* piloſa ſpicis digitatis linearibus, foliis margine piloſis. *Milium ramoſum* culmo ramoſo, floribus paniculatis ſubbinatis hirſutis. *Panicum dimidiatum* ſpica dimidiato-ſecunda, ſpiculis 5 floris rachi excavatae alterne appreſſis; ſpecies olim a LINN. in S. N. ſub hoc nomine adducta diverſa a *Rottboellia dimidiata* L. Suppl. *Campanula ſtrigoſa* caule ſimplici tereti, floribus ſubſpicatis ſeſſilibus 3 bracteatis, calycibus 10 angulatis, foliis ovatis duplicato-ſerratis, tota hiſpida, forte eadem cum *C. ſtricta*. *Gaertnera*, antea *Smithia* dicta (ex pentandria monogynia): char. eſſ. *Flos* 1 petalus inferus angioſpermnus, *capſ.* 2 locularis compreſſa circumſciſſa, *ſtigma* capitatum perſiſtens; *G. pangati*, *Pangati Rheed.* hort. mal. T. XI.

p. 20.

p. 21.

p. 22.

p. 23.

p. 24.

f. 24. *Radix* annua fibroſa. *Caules* pedales ſimplices et ramoſi, folioſi, ſaepe etiam aphylli, ſulcati. *Folia* ſparſa, petiolata, lanceolata, integra, nuda. *Fructificatio* terminalis ramorum, ſpicata. *Spica* ſubovata ex arcte congeſtis floribus, *ſquamis* ſpatulatis diſtinctis. *Calyx* inferus perſiſtens, *tubo* compreſſo tenuiſſime membranaceo, *limbo* 5 fido viridi, laciniis ſemiovatis acutis inflexis. *Cor.* calyci conformis flava, ſed duplo minor. *Stam.* 5 *filamentis* breviſſimis, *anth.* breviſſimis didymis. *Germen* ſuperum horizontaliter oblongum, depreſſum. *Stylus* brevis. *Stigma* capitatum perſiſtens. *Capſ.* horizontaliter ovata, baſin verſus compreſſiſſima, circumſciſſa, 2 locularis, polyſperma. *Sem.* aceroſa (hyperici). *Schrebera albens* Tab. III. depicta. Deſcriptione cum ea, quam p. 25.
Ill. SCHREBERUS loco ſuperius citato exhibet, conveniente, adducamus adhuc, quae ſpeciem propius ſpectant. *Arbor* ramis alternis ſparſisve diffuſis. *Folia* oppoſita, petiolata, ovata, ſerrata, pallida, nitida. *Corymbi* dichotomi foliis interſperſi ramos terminantes. *Pedunculi* 4goni, ſquamis oppoſitis, *pedicelli* ſquamis alternis inſtructi. *Corolla* infera. *Filamenta* fuſca. An *Waelmedya* LINN. fl. Zeyl. 429. huc pertinet? *Elaeodendrum Argan* ramis ſpinoſis, p. 26.
foliis ovatis obtuſis: ſtigma ſimplex; loculus alter in nuce ſaepius abortiens. In ſylvis Maroccanis ex fructu exprimitur oleum, quo Europaei ad varia opera fabrilia, Mauri ad cibos condiendos utuntur. *Celoſia comoſa* ſpicis cylindricis comoſis, foliis lanceolatis: ſtylus et ſtigma leviter 3 fida, corolla fere duplo longiora perſiſtunt. *Sambucus laciniata* nonniſi p. 27.
varietas *S. nigrae*. *Aralia lappaefolia* caule ... foliis ovalibus ſubdentatis ſimplicibus, cymis petiolaribus: vix arborea. *Laurus involucrata* foliis obovatis, umbellis involucratis: examine in exemplari ſicco inſtituto, ex facie *Laurum* dixit Cl. Auctor, forte *Tomi*

ci

p. 29. *tis* ſpeciem. *Phytolacca heptandra* floribus 7 andris 6 gynis foliis lanceolatis: reliquis ſpeciebus multo minor ac tenerior. *Cookia punctata* (*Sonnerata* S. N. ed. GMEL.): *Cal.* 5 fidus hiſpidus, laciniis acutis. *Cor.* petala ovata, cava, patentia, extus hiſpida. *Germ.* pedicellatum, ovatum, 5 gonum, hiſpidum. *Bacca* hiſpida, punctata, capſulas 5 includens (monoſpermas, quas ex germine 5 gono concludit Cl. Auctor, quum tamen multilocularem dixerit Cl. SONNERAT).

p. 30. *Euphorbia heterophylla* dichotoma. *Fragaria* veſca *var.* β. polygama, radicibus quibuſdam mere maſculos flores ferentibus.

p. 31. *Ruellia dorſiflora* decumbens, foliis oppoſitis, bracteis late cordatis ciliatis. *Seſamum luteum* foliis lanceolatis longe petiolatis, corollis extus hiſpidis. *Holmſkioldia* in honorem Cl. HOLMSKIOLD dicta, cuius eximium de clavariis opus exſpectatur: *Cal.* campanalatus, patentiſſimus, integer, dentibus 5 minimis. *Cor.* ringens calyce longior, *tubo* baſi dilatato demum anguſtato, verſus limbum curvato, *fauce* ampliata, *lab. ſup.* brevi 2 fido, laciniis rotundatis, *inf.* elongato 3 lobo, laciniis lateralibus rotundatis, intermedia fornicata emarginata. *Stam.* didynama, corolla longiora, *filamentis* compreſſis; *Antherae* ovatae in dorſo gerunt corpuſculum nigrum, ſub quo immittitur filamenti apex; ſubtus 4 ſulcatae. *Germ.* ſemiovatum, *ſtylus* ſtaminibus longior, apice incurvus, *ſtigma* acutum, leviſſime 2 fidum. *Caſp.* polyſperma. Char. eſſent. *Cal.* ampliatus patentiſſimus, *cor.* ringens, *capſ.* 1 locularis? polyſperma. Spec. 1. *H. ſanguinea*: *Frutex* ramis 4 gonis, cortice cinereo laevi. *Folia* oppoſita, cordata vel ovata, acuta, ſerrata, petiolata, punctata, nervis tomentoſis, ſubtus pallidiora; *floralia* ſubrotunda vel ovata, ſaepius integerrima. *Pedunculi* axillares, oppoſiti, multiflori, folioſi. *Indigofera linifolia* foliis ſimplicibus linearibus incanis, caule pro-

ſtrato

ſtrato; floribus ſubquaternis axillaribus, fructibus globoſis (*Hedyſarum linif.* LINN.), depicta Tab. II. *Polygala maior* ſola magnitudine a *P. vulgari* diverſa. *Vicia Gerardi* eadem cum *Vicia caſſubica* L. et *miſi-* p. 33.
tante CRANTZ. *Iſchaemum muticum* (*I. muticum* L. fo- p. 33.
liis lanceolatis, floribus muticis. *I. imberbe* (*I. ari* p. 35.
ſtatum L.) foliis lanceolatis; floſculis nudis, calycis ſeſſilis valvula exteriore utrinque 2 noduloſa corollaque, ariſta tortili elongata. *I barbatum* foliis lanceolatis, calycibus 2 floris, baſi barbatis margineque ciliatis: ſeſſilis margine utrinque 2 noduloſo, ariſta torta geniculata. *I. ciliare* foliis lanceolatis, calycibus 2 floris, pedicellis ciliatis, flore utroque femi- p. 36
neo, ariſta torta geniculata. *Cymbachne*, novum graminum genus ex polygamia monoecia, facie externa *Rottboellii* accedens: *Inflor.* dimidiato-ſpicata. *Spiculae hermaphr.* calyx 2 glumis, 1 florus, rhachi parallelus, valvula exteriore lineari, oppoſita cymbiformi; *femin.* calyx 1 glumis, ovatus, rhachi oppoſitus. *Flores hermaphr. Cal.* 2 valvis 1 florus, ita poſitus, ut utraque valvula rhachi ſit appreſſa et parallela, nec una ab altera occultetur. *Valv. ext.* linearis, obtuſa, dorſo ciliata; *int.* longitudine aequalis, ſemiovata, acuta, cymbiformis, compreſſiſſima, ſtriata, colorata, dorſo ciliata, corollam includens. *Cor.* 2 glumis, hyalina, calyce minor. *Stam.* 3, antheris nigris. *Germ.* minutum. *Styl.* ſimplex. *Stigm.* 2, nigro-barbata. *Flores fem. Cal.* 1 valvis, ovatus, apice leviter 2 fido, margine ciliatus, rhachi oppoſitus, appreſſus. *Cor.* 0. *Piſt.* praecedentis, ſed ſtigmate longiora videntur. Spec. 1. *C. ciliata.* *Aſplenium* p. 37.
falcatum fronde pinnata, pinnis falcatis acuminatis inciſo-ſerratis, baſi integra (*Trichomanes adiantoides* LINN.). *A. falſum* fronde ſubbipinnata, pinnis op- p. 83.
poſitis, pinnulis alternis cuneiformi — 3 fidis acutis. *Hemionitis eſculenta* fronde pinnata, pinnis al-

ternis lanceolatis crenatis baſi ſubauriculatis: radix in India orientali eſculenta, referente b. KOENIG. *H. prolifera* fronde pinnata decumbente, axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis; ob irregularem eruptionem fructificatio mox *Polypodium* mox *Acroſtichum* mentitur. *Pteris nigra* fronde 3 pinnata, foliolis ovatis, terminali ſubtrilobo. *Pt. quadriaurita* frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis apice dentatis, infimis 4 paribus 2 fidis. *Polypodium pteroides* fronde pinnata. pinnis alternis lanceolatis inciſo ſerratis, ſerraturis ſuperioribus coaleſcentibus, fructificationibus marginalibus. *Acroſtichum tenue* frondibus 2 pinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis obovatis apice crenatis, *Dryopteris campeſtris* RUMPH. amb. VI. p. 77. t. 34. f. 2. *A. quercifolium* frondibus ternatis, ſterili folio terminali ovato inciſo, lateralibus 3 lobis, fructificante lineari. *Fucus zeylanicus* caule 3 quetro, foliis ovatis petiolatis denticulatis criſpis, veſiculis ovatis carinatis pedunculatis.

p. 39.

p. 40.

Deſcriptiones epidendrorum a b. KOENIG concinnatas Ill. SCHREBERUS communicavit. Siſtunt 23 ſpecies, hisque ſubiunctam *Serapiadem epidendream*. Ampliſſimae ſunt et exactiſſimae, quales a tali viro exſpectari poterant: quaedam nominibus iam in S. N. occurrentibus inſignitae: 1. *ſpatulatum, Kipuhn*, 2. *variegatum*, 8. *puſillum*, 11. *ſubulatum*, 18. *flos aeris? vel ſaaronicum*, 20. *ſeſſile*, 23. *flos aeris?* ſed deſcriptiones omnino differunt. Singularia plurima in iis, ut in tota harum plantarum claſſe, occurrunt, cum ratione creſcendi (*variegatum*, *ophrydis; calceolaria terreſtre* non in arboribus, ſed in terra creſcunt, *ſpatulati* et *bidentati* loco creſcendi non indicato), tum habitu, ſtructura floris, nectarii, genitalium, fructus, quorum quaedam ita comparata ſunt, ut novam plane variarum partium notionem offerant. Potiora ex iis excerpere animus erat: ſed ab incepto labore

bore abſiſtere coacti ſumus, cum quod eumdem ampliorem limitibus nobis praefixis videbamus, tum quod obſcuritatem evitare nullo modo nos poſſe perſpiciebamus; quare lectores ad opus ipſum ablegare neceſſarium cognovimus, inprimis botanicis has plantas in ipſo loco natali diſquiſituris quam maxime profuturum. Dolendum tamen eſſet, ſi hae plantae idem fatum expertae fuerint, quod ſuperius collectioni ſcitaminum b. viri accidiſſe retulimus.

Si quid ad operis huius utilitatem maiorem deſiderandum nobis eſſet, index foret, quo tales libros aegre carere unuſmquemque nobis conceſſurum confiſi fere ſumus.

III.

Collectio diſſertationum ſelectarum in variis foederati Belgii academiis editarum ad omnem medicinae partem pertinentium. Quam imprimi curavit W. X. IANSEN. Tomi Imi ſectio Ima. Cum figuris. Duſſeldorpii apud Chriſt. Dänzer 1791. 4. Pagg. 266. ſine praefatione et conſpectu diſſertationum. Tab. aeri inciſa 1.

Ob raritatem diſſertationum medicarum in academiis belgicis editarum laudabile conſilium cepit Cl. IANSEN, quotannis volumen earum edendi, iis excluſis, quae annum 1770. aetate excedant, aut aliis collectionibus iam inſertae ſint, aut ab auctoribus ipſis auctiores rurſus editae, aut in germanicam aliamve linguam verſae iam ſatis innotuerint. Mutationes ſibi nullas permiſit, niſi quando ſtili obſcuritas leviores quasdam poſtularet, notulasque nonnumquam ab auctoribus communicatas, proprias rariſſime adiecit. Nos igitur uti laborem hunc grati accipimus,

ita hoc tantum optamus, ut in poſterum mendarum typographicarum cura maior quam hic habeatur.

p. 1. I. ARNOLD. IULIAANS *Diſſ. chem. de reſina elaſtica cajennenſi, Trai. ad Rhen.* 1780. de qua olim iam ad lectores noſtros relatum fuit*).

p. 59. II. IO. THEODORI VAN DE KASTEELE *diſſ. de analogia inter lac et ſanguinem, L. B.* 1780. Partes conſtitutivae utriuſque ſecundum experimenta Cl. HAHNII. Lac humanum ab animali eo differre, quod inſignem aëris elaſtici copiam contineat, neque vel ullum alkalini ſalis exhibeat indicium; ergo parum vel nihil materiae caſeoſae eidem ineſſe colligendum. Neque illud acido quocunque, ne alumine quidem excepto, denſari, experimentis Cl. VOLTELEN conſtare. In quo lac et ſanguis conveniant et differant, exacte docetur, ac deinde cauſſae mutationis lactis in ſanguinem in calore et motu ponuntur. A phlogiſto cum partibus terreis ſeſe uniente origo ferri, in lacte nonniſi parciſſimi. Recentiorum inventa ſi huic operi addita fuiſſent, abſolutius illud exſtiturum facile quiſque perſpicit.

p. 109. III. FRID. GULIELM. VAN DER LEEUW *diſſert. chemico-phyſiol. de bilis indole, eiusque in chylificatione utilitate, Groning.* 1783. Praemittuntur anatomica quaedam et ſententiae auctorum de bilis indole (Cl. MACLURG **) deſideravimus); poſtea experimenta quaedam cum bile bubula, pauca cum humana, enarrantur, ex quibus patet, bili ineſſe ſalem medium; ipſam in putredinem quam maxime proclivem eſſe; vires oleoſa et reſinoſa ſolvendi ei perperam adſcribi, ſed potius oleum ſapone ſolutum eius admiſtione iterum ſeparari, neque illam acidum vegetabile immu-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 689 ſeqq.
**) Eorund. Vol. XXII. p. 42. ſeqq.

immutare; ipſum liquida corporis animalis impura ab admixtis ſordibus liberare et pellucidiora reddere. Uſus eius ergo in eo ponendus, ut particulas viſcidas et oleoſas crudas ex chylo ſeparet, inteſtina ad motum periſtalticum ſtimulet, et muci nimiam quantitatem orificia vaſorum lacteorum obducentem chylique reſorptionem impedituram abſtergat.

IV. ADRIANI VAN PAPENDORP *diſſ. ſiſtens ob-* p. 147.
ſervationes de ano infantum imperforato, L. B. 1781.
Sollicite congeſta ex auctoribus exempla ad 9 ſpecies reducuntur: 1) ani nimiam coarctationem, 2) anum externe conſpicuum cum atreſia interna (in qua acum triquetram cum cannula Cl. Auctor ſcalpello cum Cl. PETITO praefert), 3) ani atreſiam membranaceam, 4) cutaneam, 5) veſicalem, 6) vaginalem, 7) ob clauſum inteſtinum rectum, 8) ob coli inteſtini clauſuram, 9) ani ſoliti atreſiam cum ano ſuccenturiato. Species 1. 3. et 4. operatione tempeſtive et rite inſtituta ſaepiſſime medelam admittunt, neque in 2, de eius effectu deſperandum; in 6. et 9. omittenda videtur. Regulae generales ad diverſas in diverſis ſpeciebus operationes. Ob metum iſchuriae cathetere tenui veſica antea exoneranda. Canaliculi metallici ad deligationem reiiciendi. Turundarum uſus in atreſia membranacea ſupervacuus, ſed in cutanea inſignis; ſint autem molles, nec nimis craſſae. Faſciarum abdomini circumducendarum neceſſitas. Licet etiam operatio fruſtra inſtituta fuerit, tamen molimina naturae in ſimilibus caſibus obſervata ſuadere, ut leni vomitorio excrementis alvinis ſurſum allectis vita infantis protrahatur, donec melior operationem perficiendi naſcatur occaſio, ſicut in caſu a Cl. DE LA MARC enarrato *) accidit. Adiunctae ſunt obſervationes

*) Vid. noſtr. Comm. Dec. II. Suppl. p. 720.

quinque a Cl. BONN cum Auctore noſtro communicatae: 1. et 2. ſpec. 2. prior ex neglecta ob metum parentum operatione lethalis, in altera inteſtino recto proſtata cancro cumque eadem confuſo; 3. ſpec. 8. inteſtino recto deficiente, cui ſimilem alio loco Cl. BONN deſcripſit *); 4. ad quam figurae in addita tabula pertinent, ſpec. 4. inteſtino recto duobus oſtiolis in vaginam aperto, huius autem exitu anguſtiſſimo (genitalium quoque externorum forma multum a naturali recedente) tranſmittendis faecibus impari, hinc vagina ipſoque utero maxime dilatatis; 5. ſpec. 2. itidem ob denegatam tempeſtive operationem corrupto a gangraena colo effuſoque in abdomen meconio lethalis. Tandem obſ. 6. ex relatione Cl. OOSTERDYK itidem ad ſpec. 2. referenda, infante priore ex iisdem parentibus eodem morbo mortuo, cui ſubiungitur exemplum a LANZONO commemoratum quatuor ex eadem matre filiorum eiuſdem conditionis.

p. 199. V. IO. PETR. EMERINS *diſſ. de febre vulgo dicta puerperali pro ſingulari ſpecie non habenda L. B.* 1782. Primo ampla enumeratio ſcriptorum hunc morbum memorantium. Poſtea docetur, neque febrem gaſtricam, neque putridam, neque acutam cum inflammatione uteri aut omenti et inteſtinorum, neque inflammatorio putridam, peculiares morbos conſtituere, neque lactis metaſtaſin aut degenerationem ſemper febris eſſe cauſſam, ſed frequenter ipſius effectum, neque a ſuppreſſione lochiorum ſemper febres oriri, licet illa frequentiſſimum ſit earum ſymptoma; ſed febres iſtas pro diverſitate cauſſarum diverſiſſimas eſſe. Miliaria aliaque exanthemata nonniſi ſymptomatica. Noxae ex praeconcepta opinione, febrem puerperalem ſpeciem conſtituere ſingularem, in

*) Eorund. Vol. XIII. p. 114.

in medendi methodum redundantes. Appendicis loco ſubiunguntur relatio de methodo b. DOULCET in noſocomio magno Pariſienſi adhibitae *), et litterae Cl. L'HERITIER, eiuſdem noſocomii chirurgi, ad Auctorem noſtrum d. d. 3. Nov. 1782. febrem iſtam tunc epidemice in noſocomio hoc et in ipſa urbe, licet rarius, graſſantem deſcribentes. Morbus idem, qui iam ſaepius in eodem noſocomio ſaeviit, inprimis 1746. a Cl. MALOUIN deſcriptus **), item a Cl. PUZOS ***), aëris corruptioni in loco, quo degebant puerperae, diaetae vitiis, neglectui lactationis, et denique terrori ac metui tribuendus, remedia conditioni corporis et ſymptomatibus accommodata, magis tamen efficacia ad prophylaxin, quam curationem ipſam.

IV.

Anatomicae diſquiſitiones de auditu et olfactu auctore ANTONIO SCARPA, in Ticinenſi Archigymnaſio Anatomes, et Chirurgiae Clinices Profeſſore, Facultatis Chirurgicae per Inſubriam Auſtriacam Praeſid. Imp. Acad. Medico - Chir. Vindobon., Caeſareo - Leopold. Nat. Curioſ., R. Scient. Acad. Berolin., R. Pariſienſ. Medic. Societ., R. Scient. Acad. Taurin, etc. etc. Sodali. Ticini. In typographeo Petri Galeatii. MDCCLXXXIX. fol. mai. pagg. 101.

*) Rapport fait par ordre du Gouvernement etc. A Paris 1782. 8.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. I. p. 282.

***) Eorund. Dec. I. Suppl. p. 503 ſeq.

101. praeter praef. et contentorum conſpectum. Tabb. 8. ab ipſo Cl. Auct. delineatae et a Bened. Eredi et Fauſtino Anderloni aeri inciſae, quibus reſpondent totidem ſolis lineis exaratae explicationi inſervientes.

Eximias ſplendido hoc opere *) Cl. Auctorem apud omnes ſcientiae naturalis et phyſiologiae amantes grates promeruiſſe, eoſdemque promiſſum ſub finem praefationis ſimile opus de organo viſus et geſtus avide exſpectaturos, vix opus eſt dicere. Neque nobis veniam Lectorum exorandam eſſe arbitramur, ſi forſan iuſto diutius in tradendis eius contentis verſati fuerimus. In tres autem ſectiones diviſum eſt, quarum duae priores auditus, tertia olfactus organon declarant.

p. 1. Sect. I. *de auditu in inſectis et vermibus nonnullis, in piſcibus, et reptilibus, et avibus.* Cap. I. *de auditu in inſectis et vermibus nonnullis.* Primo de inſigni analogia inter quaſvis animalium claſſes. Organon auditus

p. 2. in *Cancro* papilla oſſea utrinque ſub radicibus antennarum prope baſin cuſpidis ſerratae collocata, ita ut altera alteram apice rotundiuſculo interiora verſus tantiſper converſo reſpiciat, ſubſtantiae craſſioris et durioris quam teſta cancri exterior, rotundo in apice foramine, quod in recenti animali membrana tenui elaſtica obducitur, quam Cl. Auctor membranam fenestrae veſtibuli vocat; intus repleta tubulo ſive ſaculo membranaceo eiuſdem figurae, continuatione membranae interioris caput et thoracem inveſtientis per funiculum complanatum ligamentoſum a partibus poſterioribus capitis advenientem, anterius tenuiſſimo pellu-

*) Annunciato Comment. noſtr. Vol. XXXI. p. 362. ſeq.

pellucido membranae feneſtrae agglutinato, in quo aqua limpida cum pulpoſa nervi acuſtici ſubſtantia. Cancro loco cerebri ganglion in capite, ſex paribus nervorum ortum praebens, ex quibus hic tantum ramum paris quarti memoramus, qui obliquo ad poſteriora capitis inceſſu inter muſculos thoracem capiti unientes, nullo per totum tractum emiſſo filamento, in organi auditus fundum manifeſte craſſior intrat, et per ſacculi parietes internos, maxime fundo ſede feneſtrae obverſa, ſub forma pulpae mollis et tuberculoſae aqueo humori innatantis expanditur. In explicando auditu cancri cum per tremores aëris tum aquae efficiendo inprimis ratio habenda communis originis nervi acuſtici cum eo, qui ad antennas maiores pertinet. Cancrum vere audire, non ex AELIANI narratione, ſed recentiſſimis Cl. MINASI *) obſervationibus omnino patet. *In Sepia* et *Polypo* P. 5. (*Sepia octopode*) diverſum a priore auditus ſub aqua tantum exercendi organon: in occipite ſub tegumento tuber cartilagineum prominet, extus nullo oſtio pervium, in quo foveae duae ovales ſepto intermedio diviſae, aqua plenae, in qualibet veſicula oblonga collo ſuo cum pariete interiore foveae (veſtibuli) connexa, de reliquo eidem ope vaſculorum ab exſtantibus tuberculis cartilagineis profectorum alligata, limpido humore turgida, cuius fundo inſidet in ſepia, officulum conchae aemulum, in polypo lapillus cretaceae ſubſtantiae, figurae conoideae, et cui praeterea in utroque animali pariter ineſt pulpa nervi acuſtici ab inferiore annuli cerebralis ſegmento oriundi et tribus quatuorve diſtinctis filamentis parietem cartilagineum veſtibuli apicemque veſiculae ingreſſi.

*) Diſſertazione ſu i timpanetti dell' udito ſcoperti nel Granchio Paguro. Napoli 1775. 8.

p. 8. Cap. II. *de auditu piſcium cartilagineorum*, mediorum hoc reſpectu inter piſces ſquamoſos et reptilia. Ex complanatis *Raia clavata*, ex rotundis *Squalus catulus* obſervationibus inſervierunt. Cl. MONRO*) in raia oſtia ductuum mucoſorum pro meatibus auditoriis habuiſſe. In raiae ſummitate capitis pone occiput ablato tegumento occurrit ſinuoſitas, in qua utrinque feneſtra ovalis membrana pellucida firma tenſa obducta, ad veſtibulum ducens, tenui cellulo ſa reticulato operi ſimili et aqua repletum, in hoc ſacculi lapillorum tres, magnitudine inaequales, quorum quisque corpus gelatinoſum continet, a quo horum ſaeculocum tumiditas et tenſio magna ex parte pendet; huic gelatinae a tergo per fila breviſſima adhaeret lapillus ſubſtantiae calcareae, itidem diverſae magnitudinis et figurae, cum lente cryſtallina capſula ſua incluſa comparandus. A veſtibuli cavitate oriuntur canales tres ſemicirculares cartilaginei, ſimiles membranoſos peculiares, non tunicam internam exteriorum, includentes, quorum initia nuda fere in cavo veſtibuli ope celluloſae ſupra deſcriptae ſaeculi lapillorum, cum quibus tamen non communicant, alligati; tertius, horizontalis cum anteriore iunctus ſinum format. Conſtant iſti canales ex tunica pellucida, firma tamen et elaſtica, ſcatent lympha ab humore labyrinthi eos includentis diverſa; figurae ſunt cylindricae, ſed definito loco in ampullam intumeſcentes. Nervus acuſticus ut in perfectioribus animalibus duplex: portio mollis eſt ramus inſignis paris quinti cerebri, non procul a trunco per oſtium peculiare e cavitate capi-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIV. p. 48. Contrarium iam docuit b. CAMPER, vid. ibid. p. 263. conf. etiam obſervata Cl. KOELREUTER, v. Comment. noſtr. Vol. XXI. p. 5.

capitis egreſſus pone externum veſtibuli parietem ſe flectit et in duos praecipuos ramos abit, quorum minor ad poſticam faciem ſacculi minoris tendens ibi ramulis multis inter ſe anaſtomoſini ineuntibus dividitur duobus ramis longioribus craſſioribusque ad ampullas canalium anterioris et horizontalis ablegatis; ramus maior eodem modo ad ſaculum maiorem progreditur et in eo diſtribuitur, ramumque longiorem ad ſaculum minimum mittit. Portio dura ex medulla oblongata paullo infra paris quinti initium oritur, fere protinus in duos diviſa ramos, quorum alter deſcendens nervo cuidam craſſo ad branchias et praecordia tendenti ſe ſociat, alter per proprium foramen ex capite egreſſus parietem veſtibuli externum penetrat, cum ramo maiore portionis mollis anaſtomoſin init, unde nervus oritur ampullam canalis poſterioris petens; reliquum portionis durae ad exteriora capitis vergit et ſtatim ſub tegumentis diſtribuitur. Peculiaris ratio ingreſſus ramorum nerveorum in ampullas, microſcopio diſquiſita: nervus prope ampullam valde dilatatus eam circiter ad dimidium cingit, dein in filamenta ſolutus firmum ampullae parietem penetrat, interius in pulpam mollem abiens fulciente membrana ſe attollit et totam fere cavitatem diſſepimenti modo dividit. Reliquum canalium de nervea hac pulpa non communicare, maceratione eorum in ſpiritu vini addito pauco acidi nitri patuit. Perperam inde Cll. HUNTER *) et MONRO tradidiſſe, canales hos in piſcibus nervos non ſuſcipere. In *Squalo* omnia eſſentialiter eadem, occurrentibus tantum modificationibus quibusdam. p. 15.

Cap. III. *de auditu in piſcibus ſquamoſis.* Fenestra ovalis nulla. Loco veſtibuli fovea membrana p. 18.

tenui

*) Vid. Com. noſtr. Vol. XXVIII. p. 518.

tenui vaſculari a cerebro ſeiuncta, intra quam fove
am ſacculus unicus, duo officula muco copioſo obvo
luta continens; paullo ſuper hunc nuda initia ca
lium ſemicircularium membranaceorum, quorum i
dem quilibet in ampullam extenditur et anterior p
que horizontalis in ſinum magnum utriculiform
coaleſcunt, horizontalis alterum cornu et poſterio
extremitatem utramque ſuſcipientem. Liquor in u
contentus et eoſdem cingens aeque ac in piſcib
cartilagineis. Nervi portio mollis itidem paris qu
ti propago, in ipſa fere origine in duos ramos ſe
dens, ad canalium anterioris et horizontalis, poſte
que ramo tertio ad poſterioris ampullam, emiſſis p
us filamentis pluribus iterum in minora diviſis et p
ſacculum diſperſis, tendit; inſertio in ampullas e
dem, quae in piſcibus cartilagineis. Portio dura n
mus eſt ultimi nervi cerebralis ad oeſophagum, bra
chias, cor et ventriculum tendentis (nervum vagu
in explicatione tabularum vocat Cl. Auctor, qui cu
ramo tertio portionis mollis paullo ante huius inſe
tionem in ampullam canalis poſterioris anaſtomoſi
ſubit, ex qua enata fila per apicem ſacculi diſpergu
tur. His generalibus partialia quaedam momenta
p. 20. ſubiungit Cl. Auctor. In *Eſoce lucio* officulum te
tium pyramidale, baſi aſpera, in ſinu utriculiformi
et cavum quoddam membranaceum figurae pyrami
dalis, iam a b. CAMPER nomine tenſoris burſae de
ſcriptum *), a Cl. VICQ D'AZYR autem **) pro ap
pendice ſacculi officulorum habitum, quod vero ap
pendix eſt canalis poſterioris, et cum omnibus ca
libus per ſinum utriculiformem communicat, paen
rudimentum quarti canalis ſemicircularis dicendum

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIV. p. 261 ſeq.
**) Mém. de l'acad. des ſciences, Année 1779.

cuius fundo tenue filamentum ex primo nervo ſpinali regreſſum inſeritur; haec appendix in nullo alio piſce hucuſque obſervata eſt. In *Lophio piſcatorio* praeter ea, quae cum eſoce communia habet, ſaccus officulorum in duos loculos, intus tamen invicem communicantes, diſtinctus. Officulum tertium intra ſinum communem canalium ſemicircularium univerſo piſcium ſquamoſorum ordini commune videtur.

Cap. IV. *de reptilium auditu. Salamandra aquatica* (*Lacerta paluſtris?*), a lacertis multis nominibus externoque corporis habitu diſcrepans, organo auditus quam proxima piſcibus cartilagineis, feneſtra ovali operculo cartilagineo clauſa, veſtibulo, in quo ſaccus materiam albidam cretaceam continens et operculo feneſtrae incumbens; huic ſaccuſo infidens alveus communis ductuum ſemicircularium membranaceorum, nervo acuſtico in duos praecipuos ramos diviſo per totidem foramina veſtibulum ingreſſo, partim in ſacculo, partim in ampullis impendendos. In *ſerpentibus* ſub oſſeo maxillarum fulcro columella oſſea, cuius extremitas exterior, deorſum et poſteriora verſus directa, appendicem cartilagineam mucronatam gerit fulcro maxillarum ope ligamenti alligatam, quod in vaginam elongatum totum officulum hoc laxe comprehendit et ad feneſtram ovalem comitatur; haec feneſtra occluditur altera extremitate interiore columellae, in baſin fungiformem deſinente, quae ſtapedis ad inſtar loco membranae feneſtram claudit, et qua remota hiatus in veſtibulum patet, cuius interiora eadem quae piſcibus cartilagineis et ſalamandrae, licet Cl. GEOFFROY *) et HALLERUS canales ſemicirculares negaverint. *Caeciliae* (*Angui fragili?*) pariter interiora veſtibuli eadem: ſed membrana

p. 23.

p. 25.

p. 26.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. VI. p. 513.

brana tympani ob altiorem ſub tegumento et cello-
loſa fibroſaque ſubſtantia ſitum difficilius inveniendo,
cui arcte adhaeret cartilaginea appendix lateralis co-
lumellae oſſeae; haec columella claviculae ad inſtar
flexa in baſin fungiformem deſinit, feneſtram ovalem
claudentem; tympani cavitas, valde ampla in rela-
tione ad caput, communicat cum tuba Euſtachiana,
cuius hiatus in fauces facile dignoſcitur. Ergo Ca-
cilia, facie externa ſerpentes cum vermibus iungen-
viſa, organo auditus tranſitum a ſerpentibus ad re-
ptilia pedata et perfectiora animalia monſtrat. An
vero perfectius auditus organon apparentem viſus de-
fectum ſuppleat, aliis diſcutiendum relinquit Cl. Au-
p. 27. ctor. Reptilia pedata organon auditus habent ſono
aquatico et aëreo ſuſcipiendo aptum, internum pi-
ſcium et ſerpentum, externum animalium terreſtri-
um. In *Teſtudine marina* (ſpecie non accuratius de-
terminata) ſub tegumento capitis ſinus infundibuli-
formis, in cuius fundo tympanum (i. e. membrana
tympani ſuccedaneum) cartilagineum, cuius facies
externa convexa cum tegumento capitis per telam
celluloſam laxam cohaeret, interna concava peri-
ſteo cavitatis veſtitur; centro tympani facie interna
inſita et arcte annexa trabecula cartilaginea flexilis, in
plura ſub inſertionem filamenta ceu radios diviſa;
huic trabeculae continua columella oſſe ex cavitate
tympani in tubum oſſeum ſenſim ampliatum, multa
circumfuſa ſubſtantia celluloſa, progreditur, baſi ova-
li leviter excavata feneſtram ovalem claudit; haec ad
veſtibulum ellipticum ducit, ſupra quod aſſurgens
proceſſus oſſeus intimam aurem in duas foveas inaequa-
lis amplitudinis dirimit, ex quarum maiore anterior et
horizontalis, ex minore poſterior canalis ſemicircularis
oritur; horum anterior et poſterior in ſuperiori la-
byrinthi regione concurrunt et communi paullum ſu-
per oſſeum iſtum proceſſum oſtio patent, horizonta-
lis

lis autem arcu retro eundem proceſſum facto in fo veam minorem. Fornix veſtibuli partim cartilagineus, partim oſſeus. De reliquo labyrinthus eaſdem, quas in piſcibus, ſalamandra et colubris, continet partes, ſaculum cum materia cretacea albida baſi columellae oſſeae incumbentem, alveum communem canalium ſemicircularium ſacculo inſidentem, nec tamen cum eo communicantem, hos canales ipſos eadem fere ratione conſtitutos, humoresque omnes has partes replentes et cingentes. Nervi acuſtici portio mollis aeque ac dura non procul a ſe invicem ex medulla oblongata oritur, prior fibrillis diſtinctis, mox taeniolae ad inſtar complanatus in duos ramos diviſus, quorum poſterior penicillum filamentorum in ſacculum retro materiam cretaceam retis ad inſtar diſpergendorum dimittit, poſteaque ad ampullam canalis poſterioris, anterior ad ampullas anterioris et horizontalis contendit, ibique pulpoſus ſe inſerit et expanditur. Dura portio molli arcte alligatur, ſed ubi haec dividitur, ab ea diſcedit, per peculiare foramen in cavum tympani intrat, hocque traiecto ad poſteriora capitis exit. *Crocodili*, *Lacertae*, *Ranae*, p. 29. *Bufones* nonniſi varietates huius conformationis offerunt in figura et nexu oſſiculi auditus eiusque appendicis cartilagineae; *Lacertae agili* eſt muſculoſae ſubſtantiae quidpiam, tenſorem tympani dicit Cl. Auctor, quod appendicem cartilagineam introrſum trahendo tympanum intendere valet. *Bufoni* omnino p. 30. tuba Euſtachiana, negante licet Cl. GEOFFROY *); in univerſum ſtatuendum videri, quibuſcumque animalibus ſit membrana tympani, iis etiam tubam hanc eſſe datam. Diverſitas ſitus membranae tympani in reptilibus aquaticis et terreſtribus: in illis longe profun-

*) Vid. Comment. noſtr. l. c.

fundior quam in his, exemplo teſtudinis marinae et terreſtris; in *Lacerta agili* prae reliquis huius familiae ſummae tenuitatis, nulloque fere repagulo munita. Ex auris externae conformatione tranſitus ad volucres.

p. 32. Cap. V. *de volucrum auditu.* His praeter veſtibulum et canales ſemicirculares quoque cochleae rudimentum, et praeter feneſtram ovalem officuli auditus baſi obſtructam, non in centro veſtibuli ſed prope poſteriorem eius partem in finibus communibus veſtibuli et canalis cochleae initio poſitam, etiam feneſtra rotunda prope initium huius canalis membrana clauſa. Canales ſemicirculares oſſei oſtio valde amplo ſub forma foveae ellipticae ex veſtibulo oriuntur longe vero minori auctoque orificio ad idem redeunt; iſtae ellipticae concamerationes maximam partem cavitatis veſtibuli conſtituunt. In his canalibus oſſeis ſiti ſunt ductus membranacei pellucidi, itidem ampullis ſuis inſtructi in piſcibus et reptilibus, oſſeis canalibus mediante celluloſa reticulata affixi, proprio humore limpido pleni et aquae labyrinthi innatantes; hos exſiccatos alii, ut VALSALVA, tonos ſonoras dixerunt, alii perioſteum canalium oſſeorum putaverunt. Sacculus cum materia cretacea nullus, cavitate veſtibuli fere prorſus ampullis ductuum repleta; eius autem loco ſuperius memoratum cochleae rudimentum, ortum ex lamina cartilaginea a trabecula oſſea, quae utramque feneſtram dirimit, deſcendente, ad curvitatem canalis oſſei flexa et in cylindros duos ſolidos quaſi ſcalas mutata, quo prope apicem canalis recurvi coeunt, mox autem rurſus diſcedentes cavitatem humore plenam efficiunt; haec cartilaginea fabrica canali oſſeo eam cingenti per filamenta celluloſa annectitur. Nervus acuſticus mollis ex medulla oblongata diſtinctis fibrillis ortus mox in quatuor ramos abit, quorum tres inter veſtibulum et

ad

ad canales ſemicirculares membranaceos tendunt, et eodem, quo in piſcibus et reptilibus, modo in ampullas inſeruntur, quartus ad labyrinthi poſteriora flexum canalem recurvum cochleae ingreditur et per eum in minutiſſimos ramos dividitur, adeo ut hi humori in cochlea contento paene innatare videantur. Portio dura molli, ut in reptilibus, alligata, deinde diſcedit ab ea, per peculiarem canaliculum oſſeum ſub cochlea ad cavitatem tympani deſcendit, ibi filamentum ab ultimo cerebri nervo ſuſcipit, et per tubum oſſeum ex cavea tympani egreditur antrorſumque flexa iuxta articulum oſſis intermaxillaris ad ſeptum narium, palatum et confinia faucium excurrit.

Sectio II. *de auditu in homine.* Cap. I. *de oſſea labyrinthi auris humanae ſtructura.* p. 37. Veſtibulum ex duabus foveis compoſitum, altera in poſtico et humiliori, altera in externo et ſuperiori veſtibuli pariete inſculpta, priore hemiſphaerica, altera ſemielliptica dicta; diſtinguuntur ſpina e fundo veſtibuli aſſurgente et in pyramidem oſſeam elata, apice denticulis tubulatis aſpero. Canales ſemicirculares oſſei ſinguli orificio amplo ex veſtibulo oriuntur, anguſto ad idem redeunt, eodem modo quo in reliquis animalibus. Cochlea: lamina ſpiralis oſſea duplici plano, iam MORGAGNIO noto, conſtat, in quorum interſtitio ſeries minimorum canaliculorum et foraminum in libero margine laminae ſpiralis conſpicitur; planum iſtud, quod ſcalam tympani ſpectat, aeque ac modioli cruſta in eadem ſcala trabeculis oſſeis exſtantibusque lineolis totum aſperum eſt, alterum, quod ſcalam veſtibuli reſpicit, glabrum et laevigatum. Meatuum et canaliculorum, per quos nervus acuſticus labyrinthum ingreditur, prolixa expoſitio. Canalis oſſeus molli duroque nervo deſtinatus coeco fine per ſpinam falciformem in duas foveas dividitur, quarum ſuperior

minor, inferior maior, et haec iterum in duos locu-
los diſtincta, quorum alter planior retro poſticum ve-
ſtibuli parietem inſculptus iacet, alter infundibuliſor-
mis baſi modioli inſidet. Foveae minoris oſtiola duo
vel tria ſuper initium aquaeductus FALLOPII nulla
oculis diſtinguenda, quibus plura alia circumpoſita
ſunt reticulatis diſſepimentis oſſeis diſcreta, initia ca-
naliculorum in plures alios minores diviſorum, qui
partim in cavitate veſtibuli hiant, partim ad ellipti-
cas cavitates canalium ſemicircularium pertinunt,
maculas cribroſas, ut vocat Cl. Auctor, conſtituen-
tes, reliquis canalium horum partibus liberis relictis.
ex prioribus multi pyramidem cavitates veſtibuli di-
ſtinguentem pervadunt. Alia oſtiola, veſtibuli pro-
pria dicenda, ſimilis conformationis, bina vel terna,
in fundo cavitatis hemiſphaericae, maculas oblongas
aſperas reticulatas efficiunt. His oſtiolis in veſtibu-
lum et canales conſtantem numerum, ſedem et am-
plitudinem a natura aſſignari Cl. Auctor experientia
cognovit, quicquid in contrarium protulerint alii.
Foveam maiorem canalis communis nervorum tu-
ctus quidem ſpiralis foraminuloſus occupat, canalem
cochleae ſuppoſitum foraminibus ſenſim decreſcen-
bus comitans, tenui apice in centro baſis modioli for-
mine maiuſculo deſinens. Canaliculi, horum fora-
minulorum continuationes, primo per modioli ſub-
ſtantiam deſcendunt, deinde inter duo plana laminae
ſpiralis in minores diviſi repunt et tenuiſſimis oſtiis
in libero huius laminae margine hiant. Tubulos fo-
raminis ultimi per axin modioli ad laminae ſpiralis
roſtrum ultimumque ipſius ſinum delabitur. Ex hac
tubulorum diſpoſitione et longitudinis diverſitate du-
plex modioli verticaliter ſecti ſubſtantia alternatim ſe
excipiens, tubuloſa friabilis, et compacta; nucleus
eius non conicus, ſed cylindrcius oſſeus compa-
ctus.

Cap.

Cap. II. *de mollibus labyrinthi humanae auris* P. 44.
partibus, tubulis videlicet membranosis semicircularibus; alveo eorumdem communi; sacculo sphaerico vestibuli, et zona spirali cochleae. Canales semicirculares membranosi in homine et quadrupedibus vere adsunt, licet diametri minoris quam in piscibus, reptilibus et avibus, mediante contextu cellulosо tenuissimo ac paene mucoso tubulorum osseorum parietibus alligati, pariterque singulus sub exortum ampulla instructus, in fovea tubulorum elliptica collocata; in ove canales isti simul cum ampullis punctis nigris crebris per totum ambitum maculati. Hae ampullae aperiuntur in sacculum membranosum oblongum pellucidum utriculiformem, in superiore et aliquantulum posteriore vestibuli parte, in fovea semielliptica sede fenestrae ovali obversa, collocatum, in quem etiam fines canalium membranosorum duplices, superioris et posterioris nimirum in canaliculum communem coniuncti exterioris solitarius, terminantur. Tubuli hi membranacei communisque eorum alveus limpido humore pleni ita pellucent, ut alveus bullulam oblongam aëream, canales vasa lymphatica mentiantur. Utraque vasis sanguiferis instructa, quibus alveus inprimis et ampullae cruore veluti suffusa rubescunt. In fovea hemisphaerica alius sacculus rotundus pellucidus situs est, eiusdem fundo arcte accretus, altera sui parte in cavum vestibuli extuberans et cum alveo communi cohaerens, a quo ut capsula lentis ab humore vitreo intra proprium sinum recipitur; sacculus hic undique clausus, omnis communicationis expers, humore aqueo pellucido plenus; in fundo macula oblonga albida translucet, cum lapillis piscium et amphibiorum similitudinem mentiens, curatius autem examinata nervo acustico per fundum sphaerae expanso originem suam debens. Sacculi hi aeque ac ampullae longe crassiores sunt in fetu quam

p. 61. in adulto, cuius cauſſam in ſequentibus eam arbitratur Cl. Auctor, ut nervea pulpa in recens nato ... nus valide afficiatur. Ex his omnibus patet, quae errores in doctrina de funiculis nerveis, complexis zonis nerveis, ſeptoque nerveo veſtibuli hucuſque ... cepti fuerint. Cochleae zona mollis ex duplici ſubſtantia compoſita, altera cartilagineo-membranacea, coriacea dicenda, altera penitus membranacea et ... mucoſa. Prior cum libero margine laminae ſpiralis oſſeae coalita hanc comitatur et ultra eius finem cochleae apicem pergit, ubi turgidulus aqua, ut videtur, incluſa; ubi cum lamina ſpirali cohaeret, cribris canaliculis pervia, continuationibus eorum, quae a modiolo inter duplex planum laminae ſpiralis oſſeae incedunt; margo liber aliquantum pellucidus et filamentis albis nervoſis inſtructus, inter quae humor limpidus. Pars membranacea duplicatura eſt periſtei cochleae ſcalam utramque veſtientis, quae duplicatura laminam oſſeam ſpiralem et zonam coriaceam ſuſcipit. Finis zonae mollis in cavitate infundibuliformi retuſo apice, margine externo ope periſtei lateribus infundibuli adhaerente, interno libero, hiatum relinquente, per quem ſcala tympani in infundibulum ſe aperit, infra quam etiam ſcala veſtibuli, ita ut utrique hic atrium commune pateat.

p. 52. Cap. III. *de nervo auditorio.* Mira eius convolutio in ſe ipſum turbinis paene ad modum, ut totus eius cylinder ſoluta celluloſa in ſuperficiem complanatam evolvi poſſit; hac ratione ad amuſſim tractus ſpiralis foraminuloſi convolutiones ſequitur. Rami ab eodem ad canales ſemicirculares membranoſos, alveum eorum communem, et ſaccului ſphaericum veſtibuli tendentes, eorumque diſtributio ope maculārum cribroſarum ſuperius deſcriptarum cet. exacta exponuntur; canales ſemicirculares membranoſi itidem ut in aliis animalibus nonniſi in ampullis nervoſi ſuſci-

ſcipiunt. Sic etiam prolixe miranda diſtributio ner- per cochleam eiusque partes uſque ad extremum nem zonae mollis exponitur et iconibus optime il- ſtratur, quae vero fuſius repetere eo minus neceſ- nem ducimus, quum ex adducta iam earum par- m deſcriptione a priori, quod dicunt, intelligi ſſint.

Cap. IV. *de ratione auditus.* Concluſiones ex p. 57. , quae hactenus propoſita ſunt. *Externa auricula* lla inſectis, vermibus, piſcibus, reptilibus. *Mea- us auditorius externus*, licet breviſſimus et maximam rtem membranoſus, volucribus; praelongus, in- erus, oſſeus cetaceis, quadrupedibus, et valde am- lus homini; huic et quadrupedibus etiam auricula terna. *Membrana tympani* denegata inſectis, ver- ibus, piſcibus, ſerpentibus plerisque et nonnullis eptilibus pedatis inprimis aquaticis, conceſſa reli- uis reptilibus pedatis, et magis ſuperficie tenus in apite collocata terreſtribus, quam aquaticis; inſi- is volucribus; magnopere conſpicua et tenſa ceta- eis, quadrupedibus, homini. Cavitas tympani nulla mnibus iis animalibus, quae membrana tympani ca- rent; eius principium in reptilibus hac membrana inſtructis, amplitudo aucta in avibus ob ipſius caveae rum cellulis cranii communicationem; late patens in homine, latius in cetaceis et quadrupedibus. *Tuba Euſtachiana* nonniſi ubi membrana cavitasque tympa- i adeſt, ideo creata, ut aequilibrium ſervetur inter aërem huius cavitatis et externum; ſi enim munus eius eſſet ſonos ad caveam tympani et officula audi- us traducere, non abeſſet in ſerpentibus officulo au- ditus inſtructis. *Officula auditus* deſunt inſectis, ver- mibus, piſcibus, et repetilibus quibuſdam pedatis aquaticis, adſunt in reliquis, imo plura animalibus perfectioribus, et ſimul articulata muſculisque inſtru- cta ad mutandam directionem tympani. *Feneſtra*

ovalis in omnibus adeſt praeter piſces ſquamoſos
ſepiae genus, eo diſcrimine, ut in inſectis, piſc
cartilagineis et quibuſdam reptilibus pedatis oper
membranaceo aut cartilagineo, in reliquis oſſeo
claudatur. *Feneſtra rotunda* deeſt iis, quae coch
orbata ſunt, incipit apparere in avibus, in qui
huius veluti rudimentum, adeſt in iis, quibus
lea manifeſta, magnitudine ad ipſam relativa.
ſtibulum ſolum cancris et ſepiae generi; idem c
canalibus ſemicircularibus membranoſis omnibus
quis, et hi in omnibus terni, eo loco, ubi nervum
ſticum recipiunt, in *ampullas* intumeſcentes, pro
liquore repleti, in *communem* in veſtibulo *alveum*
fluentes, aquae labyrinthi innatantes. *Offic*
lapilli cretacei intra *ſacculos* veſtibuli aut alveum
munem canalium in piſcibus et reptilibus, in pe
ctioribus contra animalibus cochlea cum feneſtr
tunda. *Nervus acuſticus* inſectis, vermibus et pi
bus a pari quinto nervorum cerebri. Portio dur
piſcibus praeſertim cartilagineis manifeſtiſſima.
animalibus pleriſque duplex nervi per intimam
rem diſtributio, altera ramoſa, altera pulpoſa.
p. 59. rollaria ex his ſequentia fluunt. *Cancro* et *ſepiae*
ſtibulum et tubulus membranoſus aut veſicula
lum nervumque continens. *Piſcibus ſquamoſ*
praeterea canales ſemicirculares. *Cartilagineis* pra
ter priora feneſtra ovalis operculo, et *ſerpentibus*
ficulo clauſa, cui in *caecilia* et *reptilibus pedatis*
omnibus annexa membrana tympani. *Avibus*,
ceis, *quadrupedibus* et *homini* his accedit meatus
ternus. Ad ſimplicem auditum veſtibulum ſolu
ſufficere videtur, hocque cum canalibus ſemicircu
ribus partes maxime eſſentiales conſtituere, reliqu
ad auditum exquiſitiorem neceſſariis. In brutis coch
lea capacitatem veſtibuli et canalium ſemicircularium
ſimul ſumtam ſuperat, in homine aequalis inter
bus

bas partes proportio, unde forſan humana auris ad harmoniam ſubtiliter percipiendam aptior quam brutorum. Theoria auditus hucuſque, recepta, ſepti ſic dicti nervei natura clarius expoſita Cl Auctori ulterius non admittenda videtur, quam ideo ita exhibet: Tremores ſonori per ſtapedis baſin intra veſtibulum adducti et aquae labyrinthi communicati alveum communem canalium ſemicircularium et ſacculum ſphaericum percellunt, deinde undae ſonorae per liquorem labyrinthi propagatae canales toto eorum ambitu feriunt, inde pulpa nervea ampullarum aeque ac ſaeculi ſphaerici percellitur; cochlea percutitur, altera eius ſcala in veſtibulum patente, altera a feneſtra rotunda initium ſumente, ſcalis in apice cochleae inter ſe communicantibus, et utraque liquore labyrinthi repleta, ideoque zona ſpirali inter duas veluti undas ſonoras media; in hac diſtributus in ramos nervus fortius, quam qui pulpoſa ſubſtantia in ſacculo ſphaerico, alveo communi ampullisque canalium impenditur, afficitur ſtapedis feneſtraeque rotundae tremoribus, quae fortior agitatio in iis animalibus, quae cochlea carent, oſſiculis et lapillis praeſtatur, quibus filamenta nervea intenſius urgentur et moventur. Quaerit ſimul, an ex duplici hac nervi diſtributione ratio deſumi poſſit, cur in compoſitis ſonis partes diſſimiles diverſosque in eodem concentu tonos percipere valeamus? Canalium ſemicircularium maiorem ambitum tremoribus ſonoris a quam plurimis punctis in ambitu oſſis petroſi ſuſcipiendis favere, docet eorum longitudo et amplitudo maior in piſcibus ſquamoſis, meatu auditorio externo et feneſtris carentibus. p. 60.

Progredimur ad Sect. III. *de olfactu in piſcibus, reptilibus et avibus.* Cap. I. *de piſcium ſquamoſorum olfactu.* Duplex in pleriſque utrinque ante oculos p. 64.

oſtium, intermedio ſepto ſeu ligula tenui flexili: an-
terius perpetuo patens, poſterius aut amplum an
rimae ſimile, hac ligula ope fibrarum muſcula-
um extrorſum tracta, aut his quieſcentibus intro-
ſum depreſſa; unde facilis aquae in cavitatem nar-
um admiſſio et viciſſim ex iis expulſio. *Blennio pa-*
paro autem et *Anguillae* unicum tantum oſtium, et
Lophio piſcatorio nares extremae protruſae, papil-
exſtantes undiquaque mobiles referentes (quarum de-
ſcriptio amplior inferius). Hoc oſtium, ſive ſimplex
ſive duplex ſit, ad ſuppoſitam caveam ovalem dein
tegumento exteriore capitis tenuiore obveſtitam,
quod membranam pituitariam conſtituit, puncto e-
bicanti ligamentoſo a fundo cavitatis emergenti u-
ſtius adhaerentem, et ab hoc in ſe ipſam plicatam in
membranulas triangulares radiatim ad marginem fo-
veae naſalis abeuntem, quae membranulae ſuperne
liberae ſunt, utrinque vaſis tenuiſſime reticulata, co-
loris in *Lucio* nigri; in reliquis rubri; ſanguiferis va-
ſis interpoſita innumera corpuſcula minima albican-
tia, perpetuo mucum ſecernentia. In *Carpione* et
Anguilla loco puncti centralis ligamentum longitu-
dinale, cui utrinque membranulae tranſverſae paralle-
lae adhaerent. Nervi olfactorii a prioribus duobus
cerebri eminentiis, pia matre quaſi vagina cincti, quae
propius ad nares altius inter filamenta nervea ſe de-
mittens toti trunco ſenſim maiorem conſiſtentiam et
craſſitiem impertit. In piſcibus longioris roſtri, ut
in *Lucio*, in canali cartilagineo ſecundum roſtri lon-
gitudinem uſque ad nares utrinque excavato, in alio
membrana pulpoſa multo oleo referta obvoluti ad na-
res progrediuntur. Verſus ingreſſum in nares poſti-
cas filamenta laxari incipiunt, poſteaque in tenuiora
filamenta palmae ad iſtar diviſa per totum fundum
narium et membranulas diſtribuuntur. In *Carpione*
ante ingreſſum in cavitatem narium bulbus ſeu gan-
glion

lion, quale etiam in *Gado aegleſino* Cl. MONRO ob-
ervavit. Ulterior deſcriptio organi olfactus in *Lo-*
bio piſcatorio: ante oculos prope marginem maxil- p. 68.
ae ſuperioris utrinque appendix, in grandiore ani-
mali 7 circiter lineas longa, 3 craſſa ſub aqua ere-
ta, cornua limacum quadamtenus referens ſub motu
apitis nutans, ab exortu per tres circiter lineas ſolida,
einde cava, hiatu in apice manifeſto patula; in cavita-
is ſeu calycis fundo lamellae octo ſemilunares in
nam ſeriem diſpoſitae, ad quas nervus olfactorius
ongo itinere per roſtrum et cylindrum appendicis
ecedit, et filamentis crebro diviſis in membranulas
amellarum diſpeſcitur. Piſcibus aeque ac perfectio-
ibus animalibus nervi auxiliares a quinto pari.

Cap. II. *de piſcium cartilagineorum olfactu.* In p. 70.
complanatis (iterum *Raiae clavatae* exemplo) orifi-
cia narium in plano capitis inferiore non procul ab
ore aperiuntur; pars earum minor libere patet, per
quam aqua ingreditur et exit, reliqua tegmine muni-
tur, fibris muſcularibus ab apice et lateribus roſtri
exortis pro lubitu elevando. Hoc tegmen circa ori-
ficia narium mollius pulpoſaeque membranae ſimile
in ſuppoſitam foveam amplam et tranſverſam pene-
trat eamque veſtit, in ſe ipſum duplicatum ſub forma
plurimarum membranularum aſſurgens, quae duo-
bus ordinibus ligamento intermedio utrinque forma
pectinis aut raſtri utrinque dentati adhaereat, inter
quas copioſus mucus ex glandulis folliculoſis totam
membranam internam obſidentibus ſecretus. Hae
membranulae utroque plano aliis minoribus, quaſi
ſecundi ordinis, aſperae et interciſae, radiatim a com-
muni ligamento ad ambitum membranularum primi
ordinis exporrectis, quibus ſuperficies mirum quan-
tum augetur. Nervi olfactorii utrinque a latere tu-
berculi triangularis, in quod cerebrum antrorſum
excreſcit, oriuntur, ſenſim latiores, pia matre et

contextu arachnoideo involuti, pone latera cavea capitis cerebro vacuae progrediuntur, convexa narium internarum proximi in bullum praelongum intumeſcunt, qui ad angulum fere rectum deflectens per foramen proprium in fundum narium internarum penetrat et ligamento membranularum a tergo reſpondet, in vagina, quam dura mater intra foramen iſtud flexa conſtituit, fundo et convexitati narium arcte adhaerentem; inde trunculi nervei emittuntur ad membranulas, quos dura mater tubulorum ad inſtar comitatur ad earum uſque plicas ſeu membranulas ſecundi ordinis ſubtiliſſime diviſi progredientes. Vagina haec durae matris laminam cribroſam animalium perfectiorum quadamtenus aemulatur. Neque his denegantur nervi auxiliares, filum anteriore ramo paris quinti, fundum narium internarum adeuntia, reliquo huius rami emiſſis ad fibras muſculares roſtri filis ad mucronem capitis tendentes. In piſcibus rotundis narium ſtructura non admodum diſſimilis iam deſcriptae, ſed admodum diverſa nervi olfactorii. Is in *Squalo catulo* ex anteriore cerebri regione oritur, et complanatus, multa cinerea cerebri ſubſtantia auctus, in bulbum ſeu ganglion ita tantae amplitudinis et ſinuoſitatis, ut poſticam narium internarum convexitatem et fundum excipiat, a qua mediante ſepto membranoſo, cum oſſe ethmoideo comparando, diſtinguitur, duplici ordine foraminum maiorum pertuſo, in quorum fundo crebra oſtiola minora patent; per haec foramina nervus diviſus eadem ratione, qua in piſcibus cartilagineis complanatis, ad membranulas progreditur ibique diſtribuitur. Rurſus alia conformatio in *Squalo galeo*: nervus gracillimus per peculiarem hiatum ex cavea capitis egreſſus in ganglion rotundiuſculum intumeſcit, ex quo faſciculi duo in fundum narium penetrant et ſuperius inferiusque ramos ad utramque membra-

branularum ſeriem largiuntur. Ex his evincitur, odoratum piſcibus cartilagineis acutiorem eſſe quam ſquamoſis excepta *Raia torpedine*, cui nares valde exiguae. Piſces autem generatim hoc ſenſu gaudere, communi iam obſervatione conſtat.

Cap. IV. *de reptilium olfactu.* Prope apicem p. 75
rictus utrinque foramen narium, in *ſerpentibus*, *lacertis*, *ranis* et *bufonibus* ſtrato fibrarum muſcularium circumdatum. Cavitas naſalis in proportione ad caput valde ampla, ſepto cartilagineo diviſa; in utriuſque foveae latere externo duo tubera cartilaginea, ob ſimilitudinem muneris turbinata vocanda, alterum minus mox retro oram marginemque oſtii externi, ut vel in vivo animali conſpici queat, alterum maius poſterius et ſublimius; inter utrumque ſuleus ſeu meatus oblique ad palatum vergens, in faucibus apertus. Membrana pituitaria nigris reticulatis vaſculis picta, ſeptum, corpora turbinata, totamque caveam ſuccingens. Amplitudo caveae meatusque ad fauces omnem cum glottide proportionem excedit, plane diverſo ab animalibus perfectioribus modo, ad illorum (reptilium) reſpirationem facilitandam. Nervus olfactorius generatim valde craſſus, a lobo cerebri anteriore ortus, canali partim oſſeo partim cartilagineo exceptus ad narem tendit intra quam ſolutis filamentis penetrans partim in ſeptum, partim in corpus turbinatum maius diſpergitur, filamentis ita firmis, ut praeſertim in *teſtudine marina* cum trunco ſpecie penicilli a naribus retrahi poſſint. Corpus turbinatum minus nullas fibrillas nerveas accipit; quibus confirmari videntur, quae Cl. Auctor de ſede organi olfactus praecipuo in homine expoſuit*). Septum narium, corpora turbinata, et hiatus in fauces rep-

*) Vid. Comment. Vol. XXVIII. p. 57.

reptilia cum animalibus terreſtribus, nervi olfactorii diſtributio cum piſcibus iungunt. Illa vel ſub aqua olfactu frui, de ranis et bufonibus notiſſimum.

p. 77. Cap. IV. *de avium olfactu.* Nares externe omnibus, aliis marginatae, aliis tubuloſae, aliis lineares; ablato tegumento communi capitis, oblonga fovea in ſede narium roſtri oſſibus inſculpta conſpicitur, cui pinna narium circumhaeret, muſculis, quibus pleraque animalia inſtruuntur, deſtituta. Cavitas narium ratione magnitudinis animalis omnium ampliſſima, dimidium et plus longitudinis ab externo narium orificio ad occiput occupans, pyramidalis formae lateribus aliquantiſper inflexis, apice ad pinnas narium, baſi ad orbitas, ſepto partim oſſeo partim cartilagineo diviſa, eo tamen diſcrimine, ut in *anſeribus*, *grallis*, iisque quae eſcam ſub aqua quaerunt, in eo e regione narium externarum hiatus ſatis amplus relinquatur, narium communicationi inter ſe inſerviens. Conchae ſeu corpora turbinata magnitudinis inſignis, corpus turbinatum imum plica potius; medium maximum, cucurbitulam collo obiongo referens, ex tenui lamina cartilaginea conſtatum, duplici cum dimidia vice in ſe ipſum revoluta, ſupremum campaniforme duobus cruribus inſtructum, cartilagineum, ſed tenuioris et pellucidioris ſtructurae, cavum, intus lineola in duos loculos diviſum, canaliculo cruris interni patente extra cavitatem narium in fovea ſub oculo ſita, ad levitatem capiti totique corpori conciliandam effuſo per cellulas cranii caeterorumque oſſium cavitates aëri ſymbolam ſuam conferens. Haec turbinata corpora narium internam cavitatem in tres meatus diſtinguunt, quorum prior ab externo narium oſtio ad turbinati imi nexum cum ſepto, medius, amplior reliquis, inter turbinatum imum et medium oblique deſcendens ad fauces, tertius inter tuber poſticum turbinati medii et

fines

fines turbinati superioris; quibus cavetur, ne quid peregrini ad supremam narium regionem accedere queat. Membrana pituitaria cutis retroflexa, circa dimidium septi narium et turbinati medii regionem tomentosa et pulposa, iterum in summitate septi et sede turbinati supremi tenuissima; microscopio elegantissimum rete ostendit folliculos confertissimos intercipiens, qui copiosum mucum secernunt; vapor vero tenuissimus in turbinato supremo secretus per foveam istam ante oculum exit. Turbinatorum corporum non in omnibus avium ordinibus eadem magnitudinis ratio et proportio: *gallinis* et *passeribus* imum triangulare, medium nonnisi sesquialtera vice convolutum, supremum admodum exiguum; maius aliquantum in *picis*, longe maius in *accipitribus*, *anseribus*, maximum in *grallis*, ultra tertiam partem totius cavitatis narium implens, medio gracillimo sesquialtera tantum vice convoluto, et imo non nisi levem plicam referente; ex qua proportionis diversitate olfactus in diversis avium ordinibus acutior vel obtusior pendet. Nervi olfactorii origo ut in homine et reliquis animalibus a peculiari hemisphaeriorum anteriorum cerebri medullari substantia, distincta a processibus bulbosis seu mammillaribus, quorum basi tamquam fulcro primordia nervorum imposita sunt et alligata, sensim in maiores fasciculos coalescentia truncumque nervi constituentia, ibidemque apicem retusum processuum mammillarium mediante pia matre in proprium veluti sinum recipientia; nihil iis cum processibus istis commune, praeter piae matris involucrum. Nervus paullo supra retusum istum apicem cylindricus comitante vagina durae matris ad narem sui lateris fertur, admodum mollis, sed affuso spiritu vini facile in fasciculos resolvendus; ad apicem turbinati supremi aliquantum latescit, dein supra septum narium et per turbinatum supremum in vaginulas membranae pitui-

pituitariae dividitur. Lamina cribrosa nulla. Quibus avium ordinibus turbinatum supremum exiguum, iis nervus etiam tenuissimus eiusque stamina brevissima, et vicé versa, adeo ut in minima ex accipitrum ordine manifestior sit nervi per nares expansio, quam in *Gallopavone*; augetur nervi crassities et expansio in *anseribus*, et maxime omnium in *grallis*. Nervi auxiliares a pari quinto, cuius ramus ophthalmicus ex orbita per canaliculum osseum sub nervo olfactorio ad summam septi regionem tendit, et per eius faciem planam primo membrana nasi nudus, dein sulco cartilagineo exceptus, oblique antrorsum ad rostrum abit, emisso antea filamento tenui praelongo, nervo nasali paris quinti in homine respondente, dein ramo crasso ad turbinatum medium et imum et per peculiare foramen ad pinnas nasi rostrique tegumenta diviso. Ex his omnibus clarum, sedem praecipuam atque unicam organi olfactus immediati esse angulum superiorem septi narium et corpus turbinatum supremum; reliqua vero respirationi et tutioni acuti sensus repagulo inservire. Olfactum ergo obtusum et segnem esse in *gallinis* et *passeribus*, promtum in *picis*, acrem in *accipitribus* et *anseribus*, acutissimum in *grallis*, quod etiam experimentis Cl. GATTONI in avibus vivis eluceſcit: *gallinae* nonnisi spiritu salis ammoniaci levissime affici visae, maribus tantulo magis quam feminis olfactu pollentibus; *psittacus* vel leviter olentem escam aversatus est, suavi odore imbutam illico ingessit; *anseres* aeque gravem et suavem odorem molesto ferebant, ita ut anas panem ab heri dextra sumere solita ipsum odore insolito perculsa dimiserit, deinde rostro apice diligenter arreptum in proximo stagno crebro motitatum abluerit, antequam deglutiret; *Strix bubo* recentem carnem aqua lavendulae consperſam etiam vi intrusam reiecit et fame confecta fere periit.

Tabu-

Tabularum explanatio ampliſſima finem totius p. 56.
gregii operis facit.

V.

Eſſai ſur les moyens de former de bons médecins; ſur les obligations réciproques des médecins et de la ſocieté; partie d'un projet d'éducation nationale relative à cette profeſſion, par Mr. I. I. MENURET, Docteur en médicine de Montpellier etc. A Paris, chez l'Auteur. 1791. 8. pagg. 150.

i. e.

Tentamina de modo ac ratione bonos medicos formandi; de officiis reciprocis medicorum et ſocietatis; partem conſtituentia methodi ordinandae educationis nationalis ad hanc profeſſionem pertinentis. Auctore I. I. MENURET, doctore medicinae Montispeſſulano etc.

Clariſſ. MENURET optat, ut introitus in ea loca, ubi medicina docetur, ad iuſſum inſcriptionis templi Aeſculapii Epidaurici non concedatur niſi animis puris, adeoque tantummodo ii admittantur, qui iudicio ſano, morum ſuavitate cum firmitate coniuncta, laborum amore, rerum honeſtarum ſtudio atque animo miſericordi praediti iam mentem ſcientia phyſices tam generalis quam particularis ornaverint, ſtudioque linguarum, inprimis latinae et graecae, ante omnia vero matheſeos excoluerint. Dignus iam tiro, qui ad ſanctuarium artis ſalutaris admittatur, diſcat anatomiam, phyſiologiam, pathologiam, ſemioticen, hygienem, therapiam, materiam medi-

medicam, pariterque in hiſtoria morborum practicaque ſcientia, utpote partibus ſtudii medici gravissimis, erudiatur.

VI.

Encyclopédie méthodique. Chymie, Pharmacie et Métallurgie. Tome premier. La Chymie, par Mr. DE MORVEAU, la Pharmacie, par Mr. MARET, la Métallurgie, par Mr. DUHAMEL. 1786. Tome ſecond. La Chymie, par Mr. DE FOURCROY, la Pharmacie, par MM. CHAUSSIER et WILLEMET, la Métallurgie, par Mr. DUHAMEL. 1792. 4. A Paris, chez Panckoucke, à Liege, chez Plombeux et à Nancy chez Matthieu, Libraires.

i. e.

Encyclopaedia methodica. Chemia, pharmacia et metallurgia. Tomus primus. Chemia, auctore DE MORVEAU, pharmacia, auctore MARET, metallurgia, auctore DUHAMEL. 1786. Tomus ſecundus. Chemia, auctore DE FOURCROY, pharmacia, auctoribus CHAUSSIER et WILLEMET, metallurgia, auctore DUHAMEL. 1792. 4.

Omnes theſauri chemiae antiquioris ac recentioris in hocce dictionario uniti proſtant, omnes obſervationes per varias collectiones, per libros virorum doctorum variarum regionum ſparſae hic in unum agmen coactae leguntur. Ditiſſimae haec collectio ita comparata atque ordinata eſt, ut et exercitatiores, qui, quicquid de aliquo argumento chemico

co evulgatum eſt, uno loco unoque obtutu perluſtrare cupiunt, et tirones, qui prima chemiae elementa addiſcere volunt, mirum in modum adiuventur. Chemia, ut nunc comparata eſt, nemo dubitabit, quin factis ditiſſima ſit; quotidie novis augetur obſervationibus, quae principia ordinis ſyſtematici huius ſcientiae non poſſunt non immutare, limitesque eius incredibiliter promovent. Omnes editores nervos intenderunt, ut hoc opus complecteretur, quicquid argumenti chemici, pharmaceutici ac metallurgici, non modo in Gallia, ſed in omnibus terris, ubi hae diſciplinae cum ſucceſſu colunntur, cognitum detectumque eſt, qui ſane labor graviſſimus fuerit neceſſe eſt. Sane affirmare poſſumus, qui hoc dictionario, in omnes linguas vertendo, utatur, eum diu poſſe carere magna vi librorum chemicorum.

Articuli *acide*, *air*, *affinité*, *alliage*, *antimoine* aliique tractatus ſiſtunt completos ſuper his materiis. Sequens articulus ſufficiet ad ideam botanices pharmaceuticae lectorum animo informandam.

Ambroſia maritima L. Planta haec a poëtis hiſtoricisque decantata fuit, a quibus deorum cibus vocabatur, qui ea veſcentes immortales fierent. Ambroſia antiquis temporibus tam celebrata noſtris diebus mirum in modum vilipenditur; documento inſigni inconſtantiae rerum humanarum. Reperitur in Hetruria, in Cappadocia, in locis maritimis et ſabuloſis. Etiam in hortis colitur, ubi facile e ſeminibus progerminat, cum annua ſit. Quod ad vires eius medicas attinet, eſt cardiaca, cephalica, ſtomachica, emmenagoga, antihyſterica, tonica, aperitiva, inprimisque proficua, ubi apoplexia metuitur. Eſt praeſtans remedium traumaticum, in infuſione ſub forma theae, aut in vino ſumta. Extrinſecus eſt To. II. p. 242.

repercutiens et reſolvens, fluxusque impedit. (WILLEMET.)

Articulus ſequens notionem dabit methodi, qua res pharmaceuticae tractatae fuerunt.

p. 351. *Aquoſus.* (*Pharmac.*) Sub nomine *remediorum aquoſorum* ſaepe illa intelliguntur, quorum aqua baſin conſtituit, ſi ſubſtantiae, quae in iis naturā ſuā coniunctae aut arte additae, modo exiguum ſaporem vixque proprietates peculiares poſſident; ſi aquam non impediunt, quo minus propriis viribus, ſapore fatuo, qualitate diſſolvente, diluente etc. agat. Sic nomen remediorum aquoſorum in pharmacia uſitatum convenit omnibus ſuccis plantarum fatuarum et inſipidarum, ſucco illi, qui ex arboribus novis tempore verno deſtillat, inprimis aquis deſtillatis plantarum inodorarum, denique macerationibus aut infuſionibus cum aqua et corporibus factis, quae aquae nihil aut perparum mucilaginis levis impertiunt. Fuſius tractatum eſt hoc argumentum in dictionario medico, ratione ibi therapeutices habita, ad quam ſane longe propius, quam ad pharmaciam, pertinet.

Hoc dictionarium a novis redactoribus gnaviter ſtrenueque continuatur.

VII.

WILHELM RICHARDSON'S *Chemie der Metalle für Fabrikanten und Manufakturiſten. Nebſt einer Nachricht von den wichtigſten Krankheiten der Künſtler, die in Metall arbeiten, und der Verhütung und Cur derſelben. Aus dem Engliſchen mit Anmerkungen des deutſchen Herausgebers. Leipzig bey der Weygandſchen Buchhandlung, 1792. 8. pagg. 320.*

i. e.

GUILIELMI RICHARDSONI chemia metallorum in uſum technologicum. Accedunt enumeratio morborum praecipuorum artificum, qui laboribus metallicis occupantur, methodusque eos cavendi ac ſanandi. Ex anglico germanice verſa notisque ab interprete aucta.

Qui metallorum tractatione occupantur artifices, etſi eorum labores a principiis chemicis pendeant, adeoque veri ſint chemici proceſſus, tamen a cognitione chemiae vel levi vulgo longiſſime abſunt. Regulis, quarum uſum longa exercitatione didicerunt, ſed rationem modumque non intelligunt, adſtricti atque mancipati, ſi quid ſuis in laboribus offendunt, quod novum ſit priusque inauditum dubitant haeſitantque, nec quomodo ſe ex talibus difficultatibus extricent, facile reperiunt. Apparet, ab his hominibus artes non poſſe ita tractari, ut incrementa inſignia brevi capiant.

Ad hos igitur artifices erudiendos eaque ipſa re artes promovendas RICHARDSONUS chemiam metallorum in uſum technologicum conſcripſit. Facile intelligitur, hoc argumentum in libro voluminis tam exigui exhauriri non potuiſſe. Tantum elementa chemiae metallorum traduntur, ita tamen, ut artificibus ab artis ſpagyricae ſcientia nondum inſtructis ſatis conſultum ſit. Nec dubitamus, artifices, ſi haec probe intellexerint, ad alia opera, ubi chemiae pars technologica fuſius accuratiusque exponitur, conſulenda excitatum iri.

Introductio operis expoſitionem elementorum chemiae ſuccinctam complectitur. p. 3.

Ipſum opus quatuor in partes diviſum eſt.

p. 97. *Prima pars* de mineris earumque in cortice telluris ſedibus agit.

p. 190. *Altera pars* metalla ac compoſitiones metallicas recenſet.

p. 288. *Tertia pars* de calcibus metallorum ac praecipitatis metallicis exponit.

p. 300. Denique *parta quars* morbos artificum, qui laboribus metallicis occupantur, methodumque eos cavendi ac ſanandi complectitur.

Aurum. Morbi, quibus artifices aurum tractantes expoſiti ſunt, non ab ipſo auro, ſed ab hydrargyro dependent, cuius in deaurationibus uſus eſt.

Cuprum. Partes cupri deglutiendo aut reſpirando in corpus humanum delatae vehementer nocent. Color fit luridus morbidusque, capilli virescunt, etiam ſputum excrementaque ſaepe tinctum viridem contrahunt. Sapor in ore naſcitur metallicus. Aegroti paullatim conſumuntur et intempeſtive ſeneſcunt. Saepenumero oriuntur tremor artuum, ſpaſmi ventriculi ac tormina inteſtinorum. Alvus nonnunquam conſtipata eſt: ſaepius diarrhoea laborant. — Ad mala haec evitanda convenit ſaepe exſpuere, vultum manusque ſaepe lavare, ac labore finito lintea veſtesque cum novis commutare. Bene ſibi huiusmodi artifices conſulerent, ſi ad laborem ſuos veſtitu peculiari, inprimis pelliceo, uterentur, id quod de omnibus omnino laboribus metallorum tractationem ſpectantibus dici poteſt. — Sin ſymptomata commemorata iam ingruerunt, remedia uſurpanda ſunt demulcentia atque emollientia, v. c. iuſcula carnis coctae, hordei mucilago, lac et aqua. Si aegroti doloribus ventriculi vexantur, infuſum chamomillarum ſaturatum ea quantitate ſumere debent, ut vomitus oriatur. (Ipecacuanham ad vomitum ciendum malit interpres uſurpare.) Si dolor colicus

colicus graviſſimus eſt, guttas quindecim aut viginti laudani dare convenit. (Abſtinendum eſſe laudano interpres monet, ſi dolores a partibus cupri aut aeruginis in tubo inteſtinali adhuc latentibus oriantur. Hoc in caſu commendat oleum, lac potusque mucilaginoſos.) In alvi obſtructione dari oportet infuſum foliorum ſennae, aut, quod praeſtat, unciam electuarii lenitivi cum uncia dimidia florum ſulphuris paulloque ſyrupi malvarum, cuius medicamenti cochleare minus, vel quod iuglandem magnitudine aequet, ſumendum eſt, ut alvus ſemel bisve cieatur. Sin diarrhoea adſit, ad eam ſiſtendam aqua menthae piperitidis cum laudano altera quaque tertiave hora propinanda eſt. Dolore imminuto, inteſtinisque ſatis purgatis, aeger octo per dies quotidie bis cochleare minus corticis peruviani pulverati ſumat, ita tamen ut ne alvus obſtruatur.

Ferrum. Dum ferrum cuditur malleoque torquetur, ſaepe fit, ut fragmenta huius metalli fuſa aut calcinata in oculos operarum incidant, et, niſi mox extrahantur, magnos dolores et inflammationem concitent. Ad corpora haec peregrina removenda oculi vulgo aqua frigida lavantur, aut, ſi hac via finis non obtinetur, cuſpide acus vel lancettae ſubtilis particulae metallicae extrahuntur. Quod ſi etiam hoc artificium irritum eſt, ſaepe poteſt magnetis opera ferrum extrahi. (Si acus fruſtra adhibetur, negat interpres a magnete quicquam poſſe ſperari, quem monet etiam tum fruſtra adhiberi, ſi particulae metallicae in oculum delatae penitus calcinatae aut vitrificatae ſint. Auctor eſt, ut ſemper a magnete, utpote remedio huius mali leniſſimo, initium fiat.) Si inflammatio remaneat, oculus lavandus eſt collyrio refrigerante, quod e granis quindecim vitrioli albi ac dimidio ſextario aquae frigidae conſtet. — Qui in chalybe elaborando ac poliendo

occupantur, ob uſum frequentem olei et ſmiridis variis incommodis obnoxii ſunt. Laborant maxime cardialgia, alvi obſtipatione, ſaepeque doloribus colicis. Facile poſſunt ſanari, ſi emeticum lene, et mane inſequente laxans, praetereaque iuſculum carnis coctae, lac aliosque huiusmodi potus emollientes ſumant. Quod ſi dolor poſt uſum laxantium adhuc duret, medicamenta oleoſa cum opio propinanda ſunt.

Stannum. Morbi artificum ſtannum tractantium maximam partem arſenico aut plumbo cum ſtanno coniuncto debentur.

Plumbum. Qui plumbum tractant, colicae ſaturninae obnoxii ſunt, quae ſaepenumero in paralyſin artuum ſuperiorum, nonnunquam etiam inferiorum deſinit. Ante omnia aegroto dandum eſt cuprum momillarum infuſum, ut vomitus oriatur. (Malim interpres hoc uti remedio. Sumantur duo grana tartari emetici, ſolvanturque cum una uncia ſalis Glauberiani duabusque unciis mannae ſufficiente aquae quantitate, atque huius mixturae ſingulis horae quadrantibus quarta hauriatur pars, usque dum vomitus naſcatur. Monet, emetica vix aliquid prodeſſe, niſi plumbum brevi antea in ventriculum venerit, adeoque in colica ſaturnina iam penitus formata potius obeſſe) Tum viginti guttae laudani liquidi cum aqua ſumendae ſunt, idque altera quaque tertiave hora repetendum, donec dolor imminuatur, aut aegrotus obtormiſcat. Quod ſi expergefactus dolorem rurſus ſentit, uſus opii eadem ratione repetitur. Si haec via per tres quatuorve dies inſiſtitur, ſic ut aegrotus nihil niſi iuſcula carnis coctae aliosque cibos liquidos ſumat, dolor colicus duritiesque atque tenſio abdominis fere decreſcunt. Tum laxantia, eaque leniora, dare licet, v. g. cremoris tartari drachmam ſingulis horis, ſalis amari aut Glauberiani duas drachmas in aqua calida aut infuſo foliorum ſennae toties, donec

alvus ſatis laxetur. Sunt, qui oleum ricini inprimis commendent, cuius medicamenti ad quatuor usque uncias cum aqua menthae piperitidis propinare licet. Dolores ſi redeunt, uſus repetitur opii, quod etiam in clyſmatibus poteſt applicari. Ad evitandam obſtipationem, quae nonnunquam diu remanet, ac, niſi ipſi occurratur, morbum facile regenerat, aegrotus quotidie laxans lunius, v. g. cremorem tartari, infuſum foliorum ſennae etc., ſumere debet. — Omnino qui plumbo multum occupantur, ne ſui ſibi labores noceant, ſaepe iuſculis carnis pinguibus ac pane multo butyro illito aut lardo veſci debent, priusquam ad laborem ſeſe convertant. Nec obſuerit, mane ieiunum olei olivarum, quod vitreum adimpleat, cum paullo ſpiritus frumenti bibere. (In additamento interpres de colica ſaturnina eiusque medela ac ſequelis accuratius agit, quaeque ab auctore neglecta et omiſſa ſunt, diligenter adiungit.)

Hydrargyrum. Vapores mercuriales ſanitati admodum noxii ſunt. Inducunt artuum tremorem et paralyſin. Facies colorem contrahit pallidum, flavum ac terreum, gingiva arroditur, ſanguinemque facile fundit. Dentes nigri fiunt, facileque excidunt. In ore naſcuntur ulcera, cum ſalivae fluxu continuo coniuncta; halitus foetet; anxietas oritur pectoris; collum artusque tremunt, tandemque paralyſi occupantur. Loquendi facultas impeditur, ſaepeque prorſus perit, auditusque et omnes omnino ſenſus obtorpeſcunt. Raro huiusmodi homines aetatem ſenilem attingunt. — Medela horum malorum in eo vertitur, ut primum partes mercuriales, inprimis ſudando, e corpore abigantur, tumque remediis aptis ſpaſmi debilitasque artuum tollantur. Igitur ante omnia emetico uti expedit; tum balneum calidum adhibetur, aegrotoque poſt in lecto collocato doſis exhibetur pulveris Doveri, cuius efficacitas potu calido augenda eſt.

Diaphoreticorum uſus continuandus eſt, ſic ut in[ter]
tio ſingulis diebus, poſt tertio quoque die, dein[de]
ſingulis hebdomadibus bis aut ſemel uſurpentur. [In]
terdiu decoctum lignorum bibendum eſt. Quod
poſt ſudores alvus obſtipatione laborat, foliis ſenn[ae]
laxatur. Diaeta levis ſit nutriensque conſtetque ma[xi]
xime e iuſculo carnis coctae, lacte etc. Hoc modo
ubi partes mercuriales e corpore expulſae ſunt, gra[vi]
viſſimaque ſymptomata ſublata, iam balneis calid[is]
diaphoreticisque ſepoſitis ad remedia roborantia con[fu]
fugitur. Etiam electricitatis magnus hic uſus eſt. S[i]
inſignis remanet debilitas, aegrotus quotidie bis ſu[mit]
mat ſemidrachmam corticis peruviani in aqua frigid[a]
et ſi cortex alvum obſtipet, interdum laxante lenio[re]
utatur. Ad medelam perficiendam etiam balnea ti[e]
gida et remedia chalybeata ſuum conferunt. — De
auratores inprimis cavere debent, ne a noxiis hydr[ar]
gyri vaporibus damnum accipiant. Inter labores fu[mum]
vultum avertant, maxime operam dent, ut in fum[i]
focisque aër ne ſtagnet, ſed rapide proruat, fene
ſtrasque ac ianuas laboratoriorum apertas ſerrent,
quo melius citiusque vapores mercuriales diſſipentur.
Victu utantur nutriente; ſi quod ſentiant incom-
modum, ab hydrargyro repetendum, emeticum ſu-
mant, ſemperque curent, ut ne alvus obſtruatur.

Arſenicum. Arſenicum exiguis quantitatibus,
ſed ſaepius, corpori applicatum aut illatum inprimis
nervos videtur aggredi. Inducit motus febriles con-
tinuos, appetitum peſſumdat, nauſeam generat, vo-
mitum identidem ciet, phthiſinque gignit quotidie
ingraveſcentem. Saepe oriuntur ſpaſmi doloresque
in ventriculo et inteſtinis, artuum tremor, vertigo,
cephalalgia, anxietas, aſthma. Quibus malis ni
tempeſtive occurritur, aegrotus febre lenta conſum-
tur. — Primum emeticum lenius dandum eſt, si
vu-

rasque laxantibus lenioribus clysmatibus que repetitis libera servanda. Tum usu copioso potuum calidorum transpiratio promovenda, ac vesperi, inprimis si aeger de dolore colico multum conqueritur, quindecim ad viginti guttae laudani liquidi dandae. Etiam hic balnea calida floresque sulphuris insignem praestant usum. — Diaeta sit, qualis in iis, quibus hydrargyrum nocuit. Denique ad vires restituendas amara et chalybeata danda sunt.

VIII.

JOSEPH FRANZ *Edeln* VON JACQUIN'S, *der königlichen Akademie der Wissenschaften zu Turin Correspondenten; der Linneischen Gesellschaft zu London; der naturforschenden Gesellschaft zu Paris; der Provinzialgesellschaft der Künste und Wissenschaften zu Utrecht; der physisch-medicinischen Gesellchaft zu Basel; und der Ackerbau-Gesellschaft zu Turin, Mitgliedes, Lehrbuch der allgemeinen und medicinischen Chemie. Zum Gebrauche seiner Vorlesungen. Erster Theil. Wien, bey Christian Friedrich Wappler.* 1793. 8. *pagg.* 344.

i. e.

JOSEPHI FRANCISCI JACQUINI, elementa chemiae generalis et medicae. In usum praelectionum suarum concinnata. Volumen primum.

In his elementis conscribendis JACQUINUS hunc finem secutus est, ut auditoribus suis notiones ob-

ſervationesque chemicas praecipuas et attentione dignissimas eo ordine eaque ſerie proponeret, quae ipsi experientia edocto commodissima et fructuosissima videretur. In ipsis praelectionibus auctor tum rationem reddit ordinis, quo contenta huius operis inter se nexa sunt, tum explicat, cur hic illic in tradendis rebus chemicis hanc, nec aliam, viam sibi ingressum dam putaverit. Constat, JACQUINUM in illis esse, qui ſyſtema chemiae novum in Gallia natum s. antiphlogisticorum doctrinam in Germania amplexi sunt, eoque in docendo ſcribendoque utuntur. Nihilo minus his in chemiae elementis nomenclaturam veterem, etsi, ipso iudice, ab omni philoſophica accuratione abhorrentem, ſervandam cenſuit. Idque duplici de cauſa. Primum quia inter nomenclaturas, quas hucusque in Germania chemiae antiphlogisticae fautores *) novas excogitarunt ac propoſuerunt, nulla adhuc a chemicis publice recepta communique applauſu tanquam ſancita eſt. Deinde quoniam plerique auditorum JACQUINI nominum veterum, utpote in officinis receptorum, cognitione carere non poſſunt.

In *Introductione* breviter agitur de chemiae notione, obiectis (quo tantum eas ſubſtantias cum BOERHAAVIO auctor refert, quae vaſis poſſunt includi), proceſſibus chemicis in univerſum, productis horum proceſſuum, corporum elementis tam chemicis quam phyſicis, corporibus ſimplicibus chemiae novae. (§. 1 — 12.)

Solutio

*) Inter hos ipſe JACQUINUS referendus eſt, qui GIRTANNERO nomenclaturam novam chemicam linguae Germanicae fabricanti opera tulit. Vid. Comment. noſtr. Vol. XXXIII. p. 126.

Solutio chemica. Hic de vi attractionis, affinitate chemica eiusque variis ſpeciebus breviter et in univerſum. (§. 13 — 32.)

Affinitates chemicae accuratius ſpectatae. Hic obiter de praecipitatione, efferveſcentia. (§. 33 — 51.)

Materia caloris ſ. caloricum. De diviſione corporum in ſolida, fluida, aëriformia. De fuſione, congelatione. De corporum capacitate varia reſpectu caloriei, calorico ſpecifico. De calore latente, ſenſibili. De temperatura. De conductoribus calorici. De ſenſu caloris ac frigoris. De ardore, ignitione, flamma. De temperaturae efficacitate in affinitatem chemicam augendam vel minuendam. (§. 52 — 81.)

Materia lucis. De corporibus phoſphoreſcentibus. (§. 82 — 87.)

Atmoſphaera. De inveſtigatione principiorum eius per hydrargyri calcinationem. Oxygenium. Azoticum. Gas oxygenium. Gas azoticum. Oxidatio. Oxida. Combuſtio. Calcinatio. Corpora inflammabilia. Pyrophori. Calor animalis. Aqua in atmoſphaera ſoluta. Hygrometra. Eudiometra. (§. 88 — 113.)

Aqua. Aquae deſtillatio. Aquae principia et decompoſitio ſecundum doctrinam Lovoiſerianam. Aër inflammabilis. Hydrogenium. Syntheſis aquae. Aëris inflammabilis detonatio. Eudiometra, ad quae aër inflammabilis adhibetur. (§. 114 — 129.)

Regnum minerale. Sales in univerſum conſiderati. (§. 130 — 152.)

Nitrum (*nitras potaſſae*, *potaſſa nitrata*). Nitri parandi methodus Auſtriaca. Magneſia nitri. Nitrum tabulatum. Gas acidum nitroſum. Spiritus nitri fumans Glauberi. Colcothar Vitrioli. Aqua fortis. Aqua fortis praecipitata. Sapo philoſophicus. Acidi nitroſi per metalla etc. decompoſitio. Eudiometra

FONTANAE. Gas nitroſi principia. Detonatio Nitrum fixum: liquor nitri fixi: clyſſus nitri. Nitrum regeneratum. Nitrum nitratum ſeu nitras acidula potaſſae (nitrum acido ſuo ſuperſaturatum). Nitras potaſſae. (§. 153—189.)

Nitrum cubicum (*nitrum rhomboidale, nitras ſodae, ſoda nitrata*). (§. 190—192.)

Nitrum flammans (*nitrum ammoniacale, nitras ammoniae, ammonia nitrata*). (§. 193—197.)

Sal communis ſ. culinaris (*murias ſodae, ſoda muriata*) Sal gemmae; ſal montanus; ſal marinus; ſal fontanus. Decrepitatio ſalis culinaris. Gas acidum muriaticum. Acidum muriaticum. Gas acidum muriaticum oxygenatum. Acidum muriaticum oxygenatum. Photometrum Sauſſurianum. Murias oxygenata potaſſae. Aqua regia (acidum nitro-muriaticum). (§. 198—227.)

Sal digeſtivus ſ. febrifugus SYLVII (*murias potaſſae, potaſſa muriata*). (§. 228—230.)

Sal ammoniacus (*murias ammoniae: ammonia muriata*). Flores ſalis ammoniaci. Gas ammoniacum. Spiritus ſalis ammoniaci cauſticus ſ. ammonia pura. Carbonas ammoniae (alcali volatile aëratum). Spiritus ſalis ammoniaci communis vel aquoſus. (§. 231—240.)

Arcanum duplicatum (*tartarus vitriolatus, ſulfas potaſſae, potaſſa vitriolata*). Sulfas acidula potaſſae (tartarus vitriolatus acido ſuo ſuperſaturatus). Sulfas potaſſae (ſal ſulphuris STAHLII). (§. 241—247.)

Sal mirabilis GLAUBERI (*ſulfas ſodae, ſoda vitriolata*). Sulfas acidula ſodae (ſal mirabilis acido ſuo ſuperſaturatus.) (§. 248—253.)

Sal ammoniacus ſecretus GLAUBERI (*ſulfas ammoniae*) (§. 254—258.)

Borax. Tincal. Borax calcinatus: vitrum boracis. Sal ſedativus ſ. acidum boracicum. (§. 259—269.)

Borax

Boras potaſſae (*tartarus boraxatus ſ. alcali vegetabile boraxatum*). (§. 270—271.)

Ammonia boraxata ſ. boras ammoniae. (§. 272—273.)

Acidum fluoris vel fluoricum. Gas acidum fluoricum. Vitri per acidum aut gas fluoricum corroſio. (§. 274—278.)

Sales neutri fluorati. Fluas potaſſae (potaſſa fluorata). Fluas ſodae (ſoda fluorata). Fluas ammoniae (ammonia fluorata). (§. 279—282.)

Acidum carbonicum (*acidum aëreum, aër fixus*). Carbonicum. (§. 283—289.)

Carbonas potaſſae (*potaſſa aërata, alcali fixum vegetabili aëratum*). Potaſſa pura ſ. cauſtica: lapis cauſticus. (§. 290—296.)

Carbonas ſodae (*ſoda aërata, alcali fixum minerale aëratum.* Soda pura ſ. cauſtica. (§. 297—302.)

Carbonas ammoniae (*ammonia aërata, alcali volatile aëratum*). Ammonia pura ſ. cauſtica. (§. 303—310.)

Terrae in univerſum conſideratae. (§. 311—314.)

Terra calcarea. Terra calcarea pura. Calx viva. Calx exſtincta. Aqua calcis. Cremor calcis. Cementum. (§. 315—324.)

Gypſum (*ſulfas calcis*). Gypſum uſtum. Gypſum exſtinctum. (§. 325—329.)

Nitrum calcareum vel terreſtre (*calx nitrata, nitras calcis*). Phoſphorus Balduini. (§. 330—333.)

Sal ammoniacus fixus GLAUBERI (*calx ſalita, murias calcis*). Oleum calcis. Phoſphorus Hombergi. Miraculum chymicum. (§. 334—338.)

Fluor mineralis (*fluas calcis, calx fluorata*). (§. 339—341.)

Calx boraxata. (§. 342—343.)

Lapis

Lapis calcareus (*calx aërata*, *carbonas calcis*) Carbonas acidula calcis (calx aërata acido ſuperfluo iuncta). (§. 344 — 347.)

Baryta (*terra ponderoſa pura*). (§. 348 — 349.)

Spatum ponderoſum (*ſulfas barytae*). (§. 350 — 353.)

Barotes nitrata (*nitras barytae*). (§. 354 — 357.)

Murias barytae (*terra ponderoſa ſalita*.) (§. 358 — 360.)

Terra ponderoſa aërata (*carbonas barytae*). (§. 361 — 364.)

Magneſia muriae. (§. 365 — 366.)

Sal amarus (*ſulfas magneſiae*). (§. 367 — 372.)

Magneſia nitrata (*nitras magneſiae*). (§. 373 — 376.)

Magneſia ſalita (*murias magneſiae*). (§. 377 — 381.)

Magneſia aërate (*carbonas magneſiae*). (§. 382 — 385.)

Terra aluminoſa, (*argilloſa*, *alumina*). Pyrometra Wedgwoodiana. (§. 386 — 387)

Alumen (*ſulfas aluminae*). Alumen uſtum. Selenites vitreus (alumen terra ſua perfecte ſaturatum et cubice cryſtalliſatum). (§. 388 — 395.)

Sales medii aluminoſi reliqui. Argilla nitrata (nitras aluminae). Argilla ſalita (murias aluminae). Argilla aërata (carbones aluminae). (§. 396 — 398.)

Terra ſilicea (*ſilica*). Terrae vitreſcibiles. Liquor ſilicum. (§. 399 — 404.)

Terra circonia. (§. 405 — 406.)

Terra ſpati adamantini. (§. 407.)

Corpora inflammabilia. (§. 408.)

Adamas. (§. 409 — 410.)

Sulphur. Pyrites. Flores ſulphuris. (§. 411 — 414.)

Acidum ſulphuricum (*vitriolicum*). Oleum vitrioli ſ. aluminis. Spiritus ſulphuris per campanam. (§. 415—419.)

Acidum ſulphuricum (h. e. oxygenio ſaturatum). Sal vitrioli volatilis. Oleum vitrioli glaciale. Spiritus vitrioli. (§. 420—424.)

Acidum ſulphuroſum (h. e. oxygenio non ſaturatum). Gas acidum ſulphuroſum. Spiritus ſulphuris volatilis (§. 425—430.)

De hepate ſulphuris (*ſulphureto*) *in univerſum.* (§. 431.)

De hepate ſulphuris proprie ſic dicto. Hepar ſulphuris alcalinum (ſulphuretum ſodae vel potaſſae.) Gas hepaticum (gas hydrogenium ſulphuratum.) Eudiometrum Scheelianum. Lac ſulphuris. (§. 432—439.)

Spiritus fumans Beguini ſ. Boylei (*ſulphuretum ammoniae*). (§. 440—442.)

Hepar calcis (*ſulphuretum calcis*). Phoſphorus Cantoni. Magiſterium ſulphuris. (§. 443—446.)

Hepar baroticus (*ſulphuretum barytae*). Phosphorus Bononienſis. (§. 447—449.)

Hepar magneſiae (*ſulphuretum magneſiae.*) (§. 450.)

Sal polychreſtus Glaſeri. (§. 451—453.)

Pulvis tonitruans. (§. 454=455.

Pulvis pyrius. (§. 456—462.)

Naphtha (foſſilis). (§. 463—464.)

Oleum petrae (*petroleum*). *Malta* §. 465—466.)

Aſphaltum. Gagathes. Lithanthrax. (§. 467—460.)

Succinum. Tinctura ſuccini. Vernix ſuccini. Acidum ſuccini (ſal ſuccini). Oleum ſuccini. Eius rectificatio. Soda, potaſſa, ammonia acido ſuccini iunctae. Liquor cornu cervi ſuccinatus. Terra calcarea, terra ponde-

ponderoſa, magneſia, terra aluminaris acido ſuccini iunctae. (§. 471 — 481.)

Ambra gryſea. (§. 482 — 483.)

Gummi copal. (§. 484 — 485.)

Metalla in univerſum ſpectata. Eorum calcinatio et reductio, in acidis ſolutio etc. decretis Lavoiſerianis congruenter explicatae. (§. 486 — 501.)

Aurum. Aurum fulminans. Purpura mineralis Caſſii. (§ 502 — 513.)

Platinum. (§. 514 — 520.

Argentum. Argentum fulminans. Argentum vitreum artificiale (ſulphuretum argenti.) (§ 521 — 533.)

Hydrargyrum. Spiritus fumans Libavii. Butyrum ſtanni. (§. 534 — 563.)

Cuprum. (§. 564 — 574.)

Ferrum. Chalybs. Plumbago. (§. 575 — 595.)

Stannum. (§. 596 — 603.)

Plumbum. Vitra achromatica. (§. 604 — 611.)

Antimonium. Tartarus emeticus. (§. 612 - 640.)

Zincum. (§. 641 — 650.)

Bismuthum. (§. 651 — 656.)

Niccolum. (§. 657 — 661.)

Cobaltum. (§ 662 — 667.)

Magneſium. Magneſia vitriariorum. Chamaeleon mineralis. (§. 668 — 674.)

Arſenicum. Acidum arſenicum. Arſenicum cupro iunctum (*argent haché*). (§. 675 — 683.)

Tungſtenum. Acidum tungſticum vel tungſteni. (§. 684 — 691.)

Molybdaenum. Molybdaena. Acidum molybdicum. (§. 692 — 795.)

Uranium. (§. 696 — 697.)

Cum alchemici ſolutiones ſuas ſpatio temporis menſtruo fere abſolverent, factum eſt, ut corpora ſolventia menſtrua vocarentur. Id optimo iure

(ſiqui-

(siquidem tale discrimen statuendum est) menstruum vocatur, ad cuius formam forma compositi magis accedit. Sic in solutione terrae calcareae in acido nitroso acidum menstruum est, quoniam solutio corpus est fluidum; in coniunctione sulphuris cum hydrargyro sulphur menstruum vocatur, quoniam aethiops mineralis corpus est solidum. Sed nostris diebus hoc discrimen rectius negligitur.

In affinitatibus definiendis adque calculum revocandis auctor KIRWANI rationem regulasque sequendas censet; id quod variis exemplis rem clarissime manifestantibus demonstrat. Optat, ut haec ratio, cuius magna utilitas in dubium vocari nequeat, usu magis, quam hucusque factum est, recipiatur. p. 31. p. 36.

Caloricum (materiam caloris) auctor definit fluidum impenetrabile, maxime elasticum adeoque subtile, ut eius pondus nulla ratione possit cognosci. Per totam naturam sparsum est: in omnibus corporibus maiori minorive inest quantitate, secundum varios affinitatis gradus iis iunctum. Nullum novimus corpus, quod ab ipsius connubio abhorreat, aut quod ab eo prorsus liberari seiungique possit. Itaque caloricum nuspiam purum occurrit, adeoque chemia nullum omnino corpus, quod vere simplex sit, sistere valet. Haec ratio est, cur chemici in recensendis et enumerandis corporum principiis caloricum, utpote quod iam per se intelligitur, fere negligant. p. 37.

Quae sint lucis proprietates chemicae cumque aliis corporibus affinitates, parum hucusque indagatum fuit. Experimenta tamen demonstrant, materiam lucis fluidum esse peculiare, impenetrabile, elasticum, cuius pondus non magis, quam calorici, cognosci possit, adeoque affinitatibus suis gaudere, secundum quas cum ceteris corporibus connubium ineat, corpora composita decomponat, atque ab iis p. 53.

ſubſtantiis, quibuscum coniuncta eſt, rurſus ſeiungatur. Primarius effectus, quem materiae huius in corporibus praeſentia producit, coloris eſt immutatio, verique ſimile eſt, corpora hunc characterem externum inprimis iſti fluido debere.

p. 65. Duo aëres atmoſphaeram maxima ex parte conſtituentes (aër dephlogiſticatus et phlogiſticus) vix quidem diſtingui nequeunt; cum tamen experientia demonſtret, ſola illos quiete in duo ſtrata ſeparari, quorum pro vario pondere ſpecifico alterum alteri incumbat, ſequitur, hos aëres in atmoſphaera non chemice commiſtos eſſe, ſed tamen mechanice copulatos.

p. 77. Admodum probabile eſt, etſi nondum certiſſime demonſtratum, partem aëris vitalis inſpirati cum hydrogenio in pulmonibus evoluto copulari, inque aquam abire, quae aërem exſpiratum ſemper ita humectet, ut tamen pulmones non exareſcant.

p. 82. Regno minerali auctor decem haec acida adnumerat: acidum ſulphureum ſ. vitriolicum, nitroſum, muriaticum, carbonicum, boracis, fluoris mineralis, ſuccini, arſenici, molybdaenae, wolframi. Vegetabili decem haec: acidum aceti, ſaccharinum vel oxalinum, tartari, gallarum, citrinum, malorum, benzoinum, empyreumaticum lignorum, empyreumaticum ſacchari, camphorae. Animali octo haec: acidum phoſphori, lactis, ſacchari lactis, formicarum, pinguedinis, caerulei Berolinenſis, erucarum, calculi animalis.

p. 83. Priorum temporum chemici acida pro corporibus ſimplicibus habuerunt, aut varias de eorum geneſi et compoſitione hypotheſes protulerunt. Nunc experimentis evictum eſt, omnia acida e corpore conſtare peculiaris naturae, baſi aëris vitalis affini, quae ideo oxygenium dicta eſt. Illae ſubſtantiae, quae alterum acidorum principium conſtituunt, ba-

ſes

ſes ſ. radicalia acidorum audiunt, poſſuntque eſſe corpora tum ſimplicia tum compoſita. Omnia adeo acida oriuntur vel combuſtione vel oxidatione, illaque corpora, quae in talibus proceſſibus acidum gignunt, dicuntur baſes acidificabiles. Quod ſi baſis acidificabilis oxygenio perfecte ſaturata eſt, acidum inde oriens perfectum dicitur, ſin baſis abundat, imperfectum. Ad illa acida denominanda vocabula adhibentur in *icum*, ad haec in *oſum* deſinentia: v. g. acidum nitricum et nitroſum, aceticum et acetoſum etc. Si oxygenii cum ſubſtantia acidificabili tam parum copulatum eſt, ut corpus compoſitum inde natum nullas acidi proprietates exſerat, oxidum dicitur, ſemiacidum, acidulum. In nonnullis caſibus, ſed rarioribus illis, oxygenio acidum iam formatum ſuperſaturari poteſt; haec acida dicuntur oxygenata. p. 84.

Demonſtratum eſt, alcali volatile ex azotico et hydrogenio conſtare. Sed quae ſint principia alcalium fixorum, nondum certo conſtat: id ſuſpicantur chemici theoriae antiphlogiſticae fautores, azoticum in illis contineri. p. 86.

Cum acida in ſalibus neutris et mediis vel perfecta vel imperfecta ineſſe poſſint, hique ſales variis viribus gaudeant, prout acida aut perfecta aut imperfecta continent, ſales neutri mediique duas in claſſes diſpeſcuntur. Prima claſſe continentur, quibus acidum perfectum, altera, quibus imperfectum eſt. Illi inſigniuntur nominibus in *as*, hi in *is* exeuntibus. V. g. ſulfas, acetas; ſulfites, acetitis. p. 87.

Nonnulli ſales neutri mediique acidum ſuperfluum, dum cryſtalliſantur, admittunt. Hi audiunt ſales neutri vel medii aciduli. p. 88.

Nitri per argillam decompoſitionis theoria nondum videtur auctori ad liquidum perducta. Illorum p. 89.

ei magis arridet ſententia, qui hanc decompoſitionem ab affinitate argillae ſalisque alcalini repetendam cenſent.

p. 114. Sal culinaris, quo Viennae utuntur, natura ſua ſal gemmae eſt, et arte in ſalem fontanum vertitur. Eius lixivia ſolummodo gypſum ac ſalem Glauberianum, ſed nihil prorſus magneſiae, tenent.

p. 119. Quicquid chemici noſtrorum temporum laboraverint, principia acidi muriatici adhuc penitus ignoramus, ſolique analogiae convenienter concludimus hoc acidum, uti omnia omnino acida, ex oxygenio baſique peculiari incognita conflatum eſſe.

p. 155. Compoſitio alcalium fixorum purorum, quamvis plurima ad eam eruendam tentamina inſtituta fuerint, adhuc prorſus ignoratur, cogimurque hos ſales corporibus ſimplicibus tam diu accenſere, donec eos compoſitos eſſe (id quod vero eſt ſimillimum) experientia docuerit. Sunt, qui ſuſpicentur, aurum in illis contineri.

p. 159. Terras primitivas ſ. ſimplices auctor ſeptem aſſumit: terram calcaream ſ. calcem, terram ponderoſam ſ. barytam, terram argillaceam ſ. aluminam, terram ſalis amari ſ. magneſiam, terram ſiliceam ſ. ſilicam, terram ſpati adamantini, terram circoniam.

p. 160. Terra calcarea pura (cauſtica) hucusque tantum Bathi calci aëratae iuncta adque crateres vulcanorum nonnullorum exſtinctorum reperta fuit.

p. 199. Etſi ſenſu ſtricto proprioque omnia omnino corpora, quae cum oxygenio ineunt connubium, inflammabilia ſunt dicique poſſunt, tamen modo ea noſter cenſet ad hanc regni mineralis claſſem referenda, quae aucta temperatura facile et cum flamma comburuntur. Dispertit ea in ſimplicia magisque compoſita. Illa ſunt adamas et ſulphur: haec bitumina liquida et ſolida.

Pul-

Pulveris tonitruantis effectus hac ratione facile p. 223.
explicatur. Primum e ſulphure et ſale alcalino hepar oritur, hocque in tali temperatura gas hepaticum eructat; nitrum ſimul fuſum magnam vim gignit aëris vitalis, qui cum aëre hepatico coniunctus aërem ſiſtit admodum inflammabilem; is in maſſa perquam tenaci incluſus manet, donec haec a parte ſulphuris inflammata conſumatur, quod dum fit, fragor auditur, maſſaque diſpergitur. Haec ratio eſt, cur, dum exploſio ingruit, ſpumatio maſſae flammaque exigua appareant.

Cum in pulvere pyrio tam magna vis nitri con- p. 226.
tineatur, principiaque huius pulveris aequabiliter mixta ſint, quaelibet ſulphuris et carbonum particula tanquam cruſta nitroſa obducta eſt, adeoque, dum inflammatur, e nitro fuſo longe plus aëris vitalis attrahit, quam ad ipſius combuſtionem perfectam requiritur. Igitur ſulphur carboque hic perinde comburuntur, ac in vaſe aëre vitali repleto, protinusque transeunt in gas acidum ſulphureum et carbonicum, quibus gas azoticum e nitro exiſtens et aqua in vapores evoluta adiunguntur. Unde tum celerrima inflammatio pulveris pyrii, vel in vaſis clauſis, tum horrendi eius effectus intelliguntur.

Quoniam ſal digeſtivus oxygenatus aërem vita- p. 227.
lem ſuperfluum longe facilius mittit, quam nitrum decomponi poteſt, ad pulverem pyrium parandum loco nitri adhibitus eſt. Pulvis huiusmodi pyrius ſane vulgarem efficacitate multum vicit; at enim hoc laboravit incommodo, quod tormenta longe citius conſumeret. Etenim acidum muriaticum e ſale digeſtivo per acidum ſulphureum evolutum metallum multo magis calcinavit, quam acidum ſulphureum ipſum in pulvere pyrio vulgari illud calcinet.

Petroleum a naphtha non videtur differre, niſi par- p. 228.
tibus peregrinis admiſtis. Malta a petroleo differt ſo- 229.

lummodo maiore impuritatis gradu. Aſphaltum et Gagathes ſola duritie, quae in Gagathe maior eſt, dis-
p. 230. crepare videntur. Principia lithanthracum ſunt petroleum, malta et aſphaltum, quae cum aliis partibus terreis, ſaepe etiam cum ſulphure partibusque vegetabilibus plus minusve coniuncta ſunt.

p. 235. Succinum bitumen eſt puriſſimum, compoſitum ex oleo volatili, quod acidum peculiare inſpiſſavit, paucisque particulis terreis et carbonaceis. Basis acidi ſuccini nondum definita et cognita eſt.

p. 249. Aurum fulminans vires ſuas alcali volatili, quod cum ipſo arctiſſime coniunctum eſt, debet. Alcali enim volatile cum temperatura parum aucta decomponitur, hydrogenium eius cum oxygenio calcis auri citissime copulatur, unde fragor naſcitur, aqua oritur, atque tum aurum, tum azoticum vinculis ſuis exſolvitur.

p. 256. Argenti fulminantis theoria eadem eſt, quae auri fulminantis.

p. 265. Ratio diſcriminis ſolutionum hydrargyri nitroſarum frigidae calidaeque in eo ſita videtur, quod ſolutio calore adiuvante facta longe maiorem quantitatem calcis mercurialis continet, quam quae in frigore peracta eſt, quodque haec tanta vis calcis mercurialis, ſi ſolutio aqua diluatur, non omnis ſoluta manere poteſt, adeoque praecipitatur. Etenim praecipitatum ſic obtentum nihil eſt niſi calx mercurialis, liquorque reliquus hydrargyrum nitratum continet. Solutio hydrargyri frigide facta, ubi vehementer calefacta fuit, etiam aqua adfuſa decomponitur, idque propterea, quod pars acidi calore decompoſita eſt, ideoque quantitas calcis mercurialis ratione particularum acidarum habita crevit. Denique ſi ſolutioni hydrargyri per aquam decompoſitae acidum nitroſum recens adfunditur, praecipitatum rurſus ſolvitur.

p. 275. Arbor Dianae ſic tutiſſime optimeque paratur. Sex drachmae ſolutionis argenti nitroſae quatuor drach-

drachmis ſolutionis hydrargyri nitroſae admiſtae quinque unciis aquae diluuntur, miſturaque in vas conicum infunditur, cui antea ſex drachmae amalgamatis e ſeptem partibus hydrargyri et una parte argenti paratt inditae ſunt. Sic ſolutio argenti per hydrargyrum amalgamatis paullatim decomponitur, argentumque ſub forma regulina praecipitatum ab amalgamatis reliqua portione attrahitur, gignitque pulcherrimam ramisque ſpecioſam cryſtalliſationem.

Ferrum via ſicca facile cum carbonico ſ. carbone puro coit, haecque compoſitio indole ſua a ferro multum differt. Ferrum cum carbone varia proportione copulatur. Si multum ferri puri cum exigua quantitate carbonis coniungitur, oritur chalybs. In chalybe enim conficiendo ferrum non modo purgatur perfectiusque reducitur, ſed etiam cum carbone connubium init. Sin ferrum cum magna quantitate carbonis coniunctum eſt, habetur illa ſubſtantia indolis peculiaris, quae plumbago audit. Ferrum fuſum a chalybe eo diſcrepat, quod ferrum continet ſemicalcinatum, a plumbagine vero, quod longe minorem portionem carbonis complectitur. p. 293. p. 294.

Tartari emetici haec I. praeparationem commendat. Croci antimonii ac cryſtallorum tartari pulveratarum aequales partes in duodecim partibus aquae purae coquuntur, liquor adhuc calidus percolatur, lixiviumque paullatim evaporatur, donec nihil non tartari rurſus cryſtalliſatum ſit. Acidum tartareum ſuperfluum ſalis neutri aciduli calcem ſolvit antimonialem, inque cryſtallos coit una cum reliquo tartaro, iam tartariſato, cui vim emeticam impertit. Ut vero haec vis per totam maſſam aequaliter ſparſa ſit, cryſtalli protinus in pulverem redigendae diligenterque commiſcendae ſunt. p. 318.

IX.

Methode der chemiſchen Nomenklatur für das antiphlogiſtiſche Syſtem, von Hrn. DE MORVEAU, LAVOISIER, BERTHOLLET *und* DE FOURCROY. *Nebſt einem neuen Syſteme der dieſer Nomenklatur angemeſſenen chemiſchen Zeichen, von Herrn* HASSENFRATZ *und* ADET. *Aus dem Franzöſiſchen zum Gebrauche hoher Schulen bey deutſchen Vorleſungen über die antiphlogiſtiſche Chemie, von* KARL *Freyherrn* VON MEIDINGER, *k. k. N. Oe. Landrechts-Secretär, der Akademie der Wiſſenſchaften zu München, der Kurpfalzbayeriſch. Geſellſchaft ſittlich- und landwirthſchaftlicher Wiſſenſchaften zu Burghauſen, der Geſellſchaft naturforſchender Freunde zu Berlin und der Akademie zu Rom und Görz Mitglied. Mit VII. Kupfertafeln. Wien MDCCXCIII. auf Koſten des Herausgebers und in Kommiſſion bey Chriſt. Friedr. Wappler.* 8. *pagg.* 365.

i. e.

Methodus nomenclaturae chemicae ſyſtemati antiphlogiſtico accommodatae, auctoribus DE MORVEAU, LAVOISIER, BERTHOLLET et DE FOURCROY. Una cum novo ſyſtemate ſignorum chemicorum huic nomenclaturae aptorum, auctoribus HASSENFRATZ et ADET. E gallico in uſum praelectionum in academiis ſuper chemia antiphlogiſtica germanice habendarum vertit CAROL. L. B. DE MEIDINGER, variarum ſocietatum membrum. Sumtibus editoris

toris et in commiſſ. ap. Chriſt. Fried. Wapplerum, bibliopolam Vindobonenſem.

Cum chemia nova Gallorum ſ. antiphlogiſtica tantos noſtris diebus progreſſus fecerit, ulteriusque quotidie propagetur, neque improbabile ſit, eam, quicquid nonnulli in Germania chemici, ſyſtemati Stahliano forſitan nimis pertinaciter addicti, contra moliantur, mox per omnem Germaniam ſparſum inque academiis Germaniae, niſi uti unam veram, tamen uti veriſimiliorem phlogiſtica, traditum iri, optabile fuit vereque neceſſarium, ut nova eius nomenclatura, a Gallis excogitata uſuque publico ſanita, in chemicorum Germaniae uſus proponeretur adeoque germanice diligenter accurateque verteretur, quo illi poſſent recentiora Gallorum opera tum melius intelligere, tum rectius interpretari. Movit haec res nonnullos in Germania viros doctos, ut nomenclaturae Gallorum chemicae verſionem germanicam adgrederentur. Inter hos Clariſſ. GIRTANNERUS primus prodiit *). Sed huius labor, tentamen potius nomenclaturae, quam nomenclatura integra, tantummodo pauca nomina e methodo nomenclaturae chemicae, quam chemici Gallici 1787 Lutetiae ediderunt, cuiusque verſionem MEIDINGERUS curavit nobis hoc loco recenſendam, repetita complectitur, ita tamen verſa, ut GIRTANNERUS vehementer laudandus ſit, quandoquidem nomina germanica ab eo propoſita ſenſu definito certoque gallica, niſi ubique aequent, certe admodum aemulentur. Aliorum a rerum liguarumque ſcientia minus inſtructorum conatus irriti facti ſunt, ac

*) De huius conatu egimus in Comment. noſtr. Vol. XXXIV. p. 157.

vix quicquam praeſtiterunt, quod chemici noſtrates ſuos in uſus convertere queant.

Cum igitur liber adhuc deeſſet, qui nomenclaturam chemiae novam germanicam eamque completam et accurate definitam, atque omnes diſſertationes huius argumenti in opere gallico contentas clariſſimorum virorum, DE MORVEAU, LAVOISIER, BERTHOLLET et DE FOURCROY, tabulam magnam nomenclaturae integram, ſynonymiam cum lexico, diſſertationes clariſſ. HASSENFRATZ et ADET ſuper ſignis novis chemicis una cum tabulis eo ſpectantibus, relationes ad academiam franco-gallicam ſuper his rebus factas etc. fideliter verſas complecteretur, MEIDINGERUS, iam pridem ſimilibus de rebus phyſicis bene meritus, pro ſuo chemiae amore hunc defectum explere conatus eſt, adeoque chemicis Germaniae ſyſtemati antiphlogiſtico faventibus opus tradidit, quod terminologiam novam germanice factam continet, inque academiis germanicis a doctoribus chemiae novae utiliter adhiberi poterit.

Clariſſ. editor ante omnia hoc ſpectavit, ut methodi nomenclaturae chemicae verſionem elaboraret non modo completam nihilque truncatam, ſed etiam pro rei gravitate genioque linguae germanicae fidelem ac definitam. In nomenclatura chemiae antiphlogiſticae germanica conſtituenda inprimis ſecutus eſt GIRTANNERUM, cuius nomina omnia, quae apta viderentur, retinuit, ſolummodo tum nova nomina excudens, ſi nomina Gallica a GIRTANNERO aut omnino non, aut ita verſa fuiſſent, ut alia eorum interpretatio MEIDINGERO neceſſaria videretur. Quod ordinem attinet, quo libri contenta ſeſe excipiunt, idem ſervatus eſt, qui auctoribus methodi placuit. Etiam in ſynonymia lexicoque a ratione auctorum M. non recedendum putavit. Igitur in ſynonymia antiqua et nova ordo alphabeticus, ut in opere gallico, ad

nomina

nomina antiqua, in lexico nomenclaturae novae dicato ad nova refertur, inque illa vocabula nova, in hoc antiqua ad latus posita sunt. Ubique servata sunt nomina gallica antiqua ac nova, item latina, quorum usus tamdiu erit necessarius, donec nomina Germanica nova iure civitatis ornata fuerint.

Tabulae septem huic operi additae, quarum maxima totius systematis antiphlogistici quasi epitomen numerosaque exempla nomenclaturae novae pro corporibus simplicibus et compositis complectitur, sex reliquae HASSENFRATZII et ADETI dissertationes super signis chemicis novis illustrant, magna diligentia integrae versae accurateque aeri incisae sunt. Hoc nomine versio MEIDINGERI opus gallicum pulchritudine non modo aequat, sed adeo superat, cum tabula nomenclaturae magna, illic typis impressa, hic etiam aeri eleganter incisa sit. Cumque haec tabula, etiam sola, a chemicis ad intelligendam novi systematis novaeque nomenclaturae rationem et oeconomiam magna cum utilitate adhiberi queat, adeoque digna sit, quae in quoque laboratorio exponatur, curavit M., ut etiam seorsim excuderetur atque venderetur.

Quae in hoc libro insunt, sese excipiunt sequenti ordine:

I. *Dissertatio de necessitate nomenclaturam chemicam immutandi et perficiendi, recitata in conventu publico academiae regiae scientiarum die 18. April. 1787.* a LAVOISIERIO. p. 15.

II. *Dissertatio in principiis nomenclaturae methodicae evolvendis; recitavit in academia regia die 2. Maii 1787.* DE MORVEAU. Agitur 1) de substantiis, quae maxime ad statum simplicem accedunt, 2) de radicalibus acidorum, 3) de substantiis metallicis, 4) de terris, 5) de salibus alcalinis. p. 33.

III. *Ap-*

p. 69. III. *Appendix complectens nomenclaturam ſubſtantiarum nonnullarum compoſitarum, quae interdum pro more corporum ſimplicium connubia ineunt.*

p. 73. IV. *Diſſertatio ſpectans explicationem tabulae nomenclaturae. Auctore* DE FOURCROY.

p. 93. V. *Relatio de utraque ſynonymia.*

p. 98. VI. *Synonymia vetus ac nova ordine alphabetico.*

p. 162. VII. *Lexicon pro nomenclatura chemica nova ordine alphabetico.*

p. 299. VIII. *Relatio de nomenclatura nova.*

p. 313. IX. *Diſſertatio de ſignis novis in chemia adhibendis. Auctoribus* HASSENFRATZ *et* ADET.

p. 326. X. *Diſſertatio altera de ſignis novis in chemia adhibendis, ſituque, quo debent collocari, ut proportionem quantitatis ſubſtantiarum ſimplicium in mixtis contentarum indicent. Auctoribus* HASSENFRATZ & ADET.

p. 339. XI. *Relatio de ſignis chemicis novis.*

p. 361. Finem facit index nominum genericorum gallicorum novorum.

X.

IO. BAPTISTAE GUGLIELMINI de diurno terrae motu experimentis phyſico-mathematicis confirmato opuſculum. Bononiae. MDCCXCII. Ex typographia S. Thomae Aquinatis, ſuperiorum permiſſu. 8. pagg. 90. cum tab. aen. 1.

Demonſtratum fuerat, corpus per verticalem lineam ſurſum iactum vel deorſum cadens denormali via deflexurum eſſe, ſi tellus circa ſuum axem volveretur. Eo igitur de diurno terrae motu disputatio redierat, ut experimentis videretur ſolvenda. Huiusmodi experimenta clariſſ. GUGLIELMINI cum

globis

globis ex alta turri deorſum cadentibus (nam quae tormentorum exploſione capiuntur experimenta, parum probat) Bononiae nuper inſtituit. Horum tentaminum exitus hoc in libello diligenter enarratur, ſimulque GUGLIELMINI hac de re theoria, iam anno 1789. in alio opuſculo Romae evulgato tradita, contra aliorum obiectiones defenditur. Reperit auctor aberrationem globorum delapſorum orientalem mediam = lin. 8,375, meridionalem mediam = lin. 5,272; id quod cum ipſius theoria mirifice congruit.

XI.

Sopra l'aurora boreale memoria del Dottor PIETRO ANTONIO BONDIOLI, letta nell' accademia di ſcienze, lettere, e arti di Padova il dì 15. Dicembre 1790. 8. pagg. 25. *).

i. e.

PETRI ANTONII BONDIOLI diſſertatio de aurora boreali recitata in academia ſcientiarum, literarum et artium Patavina die 15. Decembr. 1790.

Aurorae borealis origo atque natura variis modis a phyſicis explicatae fuerunt. Nuper admodum (1790) tres novas eius theorias viri clariſſimi, SAVIOLI

*) Recuſa eſt haec diſſertatio in BRUGNATELLI diario phyſico-medico (*Giornale fiſico-medico di* L. BRUGNATELLI, *Pavia* 1792. *Gennejo. pag.* 55. *ſſ.*), cuius in noſtris commentariis dabimus recenſionem ſi ſequentium, qui prodierunt, faſciculorum copiam nacti fuerimus.

VIOLI **), HERVIEN †) et LIBES ††) promulgarunt. SAVIOLI quidem contendit, refractionem radiorum ſolarium in maſſis ingentibus poli congelatis auroram borealem in altitudine atmoſphaerae polaris generare. Contra ea BONDIOLI monet, dubitari poſſe, an illi radii, noctibus polaribus admodum oblique et languide in ſuperficiem maſſae glaciei immenſae adeoque parum pellucidae incidentes, in parte atmoſphaerae ſuperiore phaenomenum tam vividum, ſplendidum formaque variam efformare queant. HERVIEN credit, auroram borealem effectum eſſe recurſus alterni fluidi electrici verſus polum, a quadam quaſi antipathia inter fluidum electricum caloremque dependentis. Sed monet B., iſtum fluxum fluidi electrici verſus polum nihil aliud eſſe niſi hypotheſin, quae nullis poſſit argumentis phyſicis demoſtrari, adeoque abſurda ſit, cum nulla inter fluidum electricum materiamque caloris antipathia, ſed potius alia omnia obſerventur. Denique LIBES auroram borealem e decretis chemiae antiphlogiſticae explicat. Arbitratur, gas oxygenium, cum in regione polari iuſtam quantitatem gas hydrogenii attrahere nequeat, cum gas azotico coniungi, hancque tum mixturam ſcintillae electricae interventu acidum nitroſum generare, quod ſolum illi phaenomeno gignendo ſufficiat, cum in aëre in vapores rubicundos reſolvatur. Huic hypotheſi B. opponit haec: primum etiamſi ponatur, gas oxygenium cum azotico in regione polari vere commiſceri, acidumque progignere nitroſum, tamen evaporationem huius acidi

*) In opuſculis ſelectis *Me*diolanenſibus, anno 1790 T. XIII. p. 1.

**) In diario phyſico Pariſino, Jun. 1790. p. 440.

†) Ibid. p. 410.

cidi frigore climatis impediri debere, utpote quae oli calorico debeatur; deinde vapores nitrosos rutiantes a phaenomeno illo lucido, quod noctes londras polares illustrat, diversissimos esse; quandoquidem istiusmodi vapores in loco obscuro neutiquam visibiles sint, id quod tentamina iterata nostrum docuerunt.

Clarissimus BONDIOLI iam pridem hanc de geneſi aurorae borealis ideam animo informavit.

Constat, omnia corpora diversa gaudere capacitate varia fluida, quae in rerum natura existunt, absorbendi, conservandi, transmittendi aut sibi ipsis iungendi. Ad hanc legem caloricum varia corpora afficit, ipsaque iam analogia nobis persuadet, fluidum electricum huic ipsi legi adstrictum esse. Corporibus diversam ineſſe vim hoc fluidum propagandi, notissimum est pariterque certissimum. Nec minus experientia docuit, variam nonnullis corporis capacitatem esse eius ita continendi, ut prorsus lateat quietumque maneat. Hinc intelligitur, cur, quem vapores emergentes apparatum relinquunt, is, quod VOLTAE aliorumque tentamina evicerunt, fere negativam exserat electricitatem. Vapores illi ubi condensantur, electricitas antea ligata libera fit, haecque ipsa origo est electricitatis atmosphaerae positivae.

Iam his ipsis vaporum legibus tanquam basi noster suam aurorae borealis theoriam superstruit. Arbitratur, ingentem vaporum vim regionem polarem petentem fluidoque electrico ob insignem suam capacitatem gravidam illic condensari, hincque auroram borealem, cum fluidum electricum inter vaporum istorum condensationem vinculis suis exsolvatur, originem suam trahere. Docet, quomodo, hac posita lucidi huius meteori origine, omnia phaenomena huc spectantia satis commode explicari possint. Non tamen negat, etiam aërem inflammabilem in

atmo-

atmoſphaera ſparſum ad geneſin variamque formam aurorae borealis aliquid poſſe conferre.

Haec BONDIOLI theoria ſane videtur omnibus ceteris de origine aurorae borealis hypotheſibus palmam facile praeripere.

XII.

Lettera dell' Abbate SPALLANZANI al Signor THOUVENEL ſull' elettricità organica e minerale. Inſerita nel tom. 4. degli Annali di Chimica di BRUGNATELLI. Pavia 1793. Dalla Stamperia Bolzani. Con permiſſione. 8. pagg. 35.

i. e.

Epiſtola Abb. SPALLANZANI ad THOUVENELUM ſuper electricitate organica et minerali.

Haec epiſtola, quam inſeruit BRUGNATELLI tomo quarto annalium ſuorum chemicorum, quae que etiam ſeorſim prodiit, ſcripta eſt die 5. Martii 1793. Spectat librum THOUVENELI de electricitate organica et minerali, in quo PENNETI, famoſi illius aquarum ſubterranearum minerarumque per virgam divinatoriam deſectoris, experimenta defenduntur, ac SPALLANZANI ſatis acerbe caſtigatur, quod, cum olim de PENNETI tentaminibus benigne iudicaſſet, iam ſuam ſententiam retractaverit. Docet SPALLANZANI, ſe ſtatim ab initio PENNETI praeſtigiis nullam fidem habuiſſe, argumentaque, quae illa experimenta vanitatis convincunt, proponit.

XIII.

Della maniera di far ſervire l'elettrometro atmoſferico portatile all' uſo di un igrometro ſenſibiliſſimo. Memoria, in cui ſi riſchiarano molte coſe intorno al tranſcorrimento del fluido elettrico ne' conduttori imperfetti. Del Sig. ALESSANDRO VOLTA. 4. pagg. 30. *).

i. e.

ALEXANDRI VOLTAE diſſertatio de modo, quo electrometrum atmoſphaericum portatile loco hygrometri maxime ſenſibilis adhiberi poteſt, in qua praeterea multae res explicantur ad fluidi electrici transcurſum per conductores imperfectos ſpectantes.

Notum eſt, Cavalli electrometrum portatile a celeberrimo VOLTA, de theoria electricitatis praeclariſſime merito, inſigniter emendatum fuiſſe, ut iam ad electricitatis etiam maxime debilis gradus accurate menſurandos nihil deſiderari poſſe videatur **). Hac in ſcriptione de eius ad humiditatem aëris indagandam uſu diſputatur.

Primo

*) Haec diſſertatio videtur inſerta actis ſocietatis cuiusdam, nam titulus noſtro in exemplari deeſt, paginaeque numerantur a pag. 551. ad 580., adque marginem imum primi folii cuiusque plagulae tomus V. indicatur; ſed cuius, ignoramus.

**) Egit de ſuis illius electrometri emendationibus VOLTA copioſe in epiſtolis ad LICHTENBERGIUM, profeſſorem Gottingenſem, datis, quarum verſio germanica propediem publici iuris fiet.

Primo loco VOLTA inquirit, quomodo de humiditate aëris ambientis iudicare liceat, ſi ad vigorem debilem electricitatis machinis vulgaribus excitatae, aut, quod praeſtat, ad diſſipationem eius celeriorem attendatur.

Deinde diſputat, qua ratione fluidum electricum per conductores imperfectos dimanet, quidque eorum longitudo ac latitudo ad hunc fluidi electrici transcurſum plus minusve impediendum ac retardandum conferant.

Agitur tum de ſubſtitutione electrometri atmoſphaerici portatilis ſimplicis in locum aparatuum ceterorum magis compoſitorum ad tentamina hygrometrica inſtituenda, indicaturque, quomodo talia experimenta novo more capienda ſint.

Sequitur comparatio tentaminum horum hygrometicorum cum aliis hygrometris, inprimis Sauſſuriano; diſſeritur de ſcala graduum in huiusmodi experimentis, doceturque, quatenus tale hygrometrum comparabile reddi queat.

Denique proponitur alia nova methodus tentaminum hygrometricorum cum electrometro portatili capiendorum, ſi nimia ſiccitas impedit, ne prior methodo inſtituentur.

Verſio huius diſſertationis germanica interpretationi epiſtolarum a VOLTA ad LICHTENBERGIUM datarum ob argumenti ſimilitudinem adiicietur.

XIV.

CAROLI A LINNE M. D. equ. aur. de ſtella pol. archiatri reg. Suec. med. et bot. prof. Upſ. rel. praelectiones in ordines naturales plantarum. E proprio et IO. CHRIST. FABRICII, Prof. Kiel. MSto edidit PAULUS DIET. GISEKE M. D. in gymnaſ. Hamb. phyſ. prof. et bibliothecarius, acad. imp.

imp. nat. cur. inſtit. reg. hiſt. Goett. et ſoc. elect. oecon. Lipſ. ſod. Acceſſit uberior *palmarum* et *ſcitaminum* expoſitio praeter plurium novorum generum reductiones cum *mappa* geographico-genealogica affinitatum ordinum, et aliquot *fructuum palmarum* figurae. — Hamburgi impenſis Beni. Gottl. Hoffmanni. Typis G. F. Schniebes. 1792. 8. mai. pagg. 662. cum indice generum. Dedicatio, ratio editionis, canones LINNAEI et ordines naturales pagg. L. Tabulae aeri inciſae VII. praeter mappam geographicam.

Cel. LINNAEUM fragmenta ordinum naturalium bis, in philoſophia nempe botanica, et in 6. generum plantarum editione, exhibuiſſe, notiſſimum eſt. Per 47 vero annorum ſpatium, quo munere ſuo functus eſt, bis tantum in eos praelectiones habuit, 1764. et 1771. Ultima vice Cl. GIESEKE iis interfuit, ſub diſceſſum veniam a praeceptore ipſum amante, quod ipſa ultima eius verba teſtantur *), nactus, quae ab eo didiciſſet publicandi, quaecumque et quandocumque luberet. Cl. FABRICIUS, priorum praelectionum auditor, cum ipſo has communicavit, et ſic ex utrisque coniunctis praeſens exortum eſt opus; nonnullos in ordines ſola Fabriciana, in alios prorſus nulla adeſt, cuius defectus cauſſa temporis his praelectionibus deſtinati penuria fuit; LINNAEUS autem ipſe faſſus eſt, ſe, ſi iterum genera plantarum editurus eſſet, ordines aliter diſpoſiturum in- p. XIV. p. XXIII. p. XIX.

*) Conf. etiam *Leben des Ritters* KARL VON LINNÉ — *von* HEINR. DIETR. STÖVER. *Hamb.* 1792. 8. *I. Th. p.* 345.

que iis ipſis multa mutaturum (in quo eum perpe-
tuo laboraſſe, cum ex utriuſque fragmenti inter
comparatione, tum ex eo patet, quod genera po
6. editionem genn. plantt. a ſe definita, ubicumq
fieri potuit, ordinibus naturalibus inſeruit, ideoq
promiſſo ſuo ſtetit, ſe hunc laborem continuaturu
dum vixerit). His enarratis de molimimbus al
p. XX. rum in hac botanices parte differit Cl. GISEKE, e
quaedam de nexu ordinum, quem LINNAEUS ſe ſc
re ſed nunquam dicturum eſſe faſſus fuerat, propo
p. XXVI. nit, hypotheſin aſſumens, uti in quibuſdam regi
nibus integri ordines deſint, ita quoque mutatio
bus inſignioribus telluris, partes eius a ſe divelle
tibus et intermedias oceano mergentibus, fieri po
tuiſſe, ut ordines quidam plane interierint, ex iis
pauca genera remanſerint hodieque inſociabilia d
perſint; dolendum eſſe, paucos ex iis, qui tot nov
ter detecta genera deſcripſerint, ad locum in ordinib
naturalibus praeter notiſſimos iis aſſignandum reſpe
ſe, quum id nonniſi in vivis plantis fieri queat. Qua
XXVIII. ta hodienum reſtet pars orbis terrarum a botanic
nondum diſquiſita, CONDAMINII et COMMERSONI
teſtimoniis docetur, et praecipue de poſterioris labo
ribus hiſtoriae naturalis cauſſa ſuſceptis exponitur.
XXXVII Tandem duo recentiſſima opera Cll. GAERTNERI e
JUSSIAEI memorantur, quorum primo uti ſe non
potuiſſe Cl. GISEKE docet, quia illud ad fructum tan
tum reſpicit, hoc vero praeter diviſionem generi
lem a cotyledonibus nihil cum Linneano commune
habet, praetereaque ipſe ſibi propoſuerat LINNAEI
folius notiones exhibere, quare in additamentis ſolu
genera ab eius diſciplinis ſtabilita adiecit, exceptis iis,
quae Cl. CAVANILLES in trihilatis et columniferis
condiderat.
p. 2. Introductio ex MSto Cl. FABRICII, praemiſſa
enarratione laborum ante noſtra tempora generibus
plan-

plantarum determinandis impensorum, hypothesin de ortu plantarum medullari a matre, corticali a patre cet. aliunde iam satis notam proponit, et quantum in determinandis classibus cotyledonum ratio habenda sit, quantaeque in iis difficultates obveniant, docet; ubi simul Cl. Editor in subiuncta nota singulare phaenomenon defectus cotyledonum in nucibus coryli enarrat. Introductio ex MSto Cl. GISEKII priora repetit, licet ordine mutato, simulque adductis exemplis ulterius probat, unicum characterem sive ex fructificatione sive ex flore desumatur, ad eruendas affinitates non sufficere. p. 19. p. 3.

Progredimur ad considerationem ordinum singulorum, ex quibus Cl. GISEKE aliquos ulterius elaboravit, eoque votum in nobis excitavit, ut plures ita exhibuisset: excusationem, cur hoc omiserit, ut nempe sumtibus parcatur, item se ob brevitatem temporis impeditum fuisse, quo minus ultimam manum toti operi admoverit (p. 480. in nota, et p. 610.), forsan non omnes lectores admissuros suspicamur; speramus tamen, ipsum hoc in futura editione nova, cuius spem facit in praefatione, suppleturum. In singulis praeterea ordinibus genera recentiora, quantum fieri poterat, inseruit, ipsisque LINNAEI praelectionibus additamenta adiecit, quae omnia non possunt non assensum gratesque lectorum mereri. p. 314.

I. *Palmae.* Fibrae radicum profundissime penetrantium simplicissimae penicilli modo in fasciculos digestae, constantissimus fere earum character; earum crescendi ratio docet, aut nullos aut parcos esse limites inter arborem et herbam. Spatha et spadix in omnibus; sed in reliquis omnibus fructificationis partibus diversitas, neque inde character communis desumendus. Chamaerops *iuniperus* in bi- p. 21.

p. 27. bliis *). Phoenix ſine dubio veterum *lotus*. Pal-
p. 29. *marum* ſpathae ſimilem ex omnibus plantis ſolus Stre-
p. 31. tiotes habet, cui Hydrocharis et Valiſneria, utrin-
aliis proprietatibus *palmis*, propinquae; hinc
haec genera huic ordini ſubiunxit LINNAEUS, inter
medias ſuſpicatur *palmas aquaticas reliquis* minor
quod utique certum eſſe Cl. GISEKE probat. Co-
pioſiſſima Huius additamenta: primo ex PLUMERI
nov. plantt. genn. ea, quae de *palmis* agunt; de
characteres *palmarum* eſſentiales, generibus ita de-
p. 38. poſitis: 1) *Hermaphrod.* Corypha; Licuala; Arom
AUBL. (*Cal.* 1 phyllus 3 fidus perſiſtens, *Cor.* 6 pe-
petalis coriaceis acuminatis vireſcentibus, *Stam.* 6
Piſt. 1, ſtylo breviore aut longiore, ſtigm. 3, *Pe-
carp.* drupa, *Sem.* nux 3 foraminibus perforata, in-
terdum clauſa, ſtriata.) 2) *Monoecae:* Nipa; Ele-
te; Cocos; Areca; Caryota. 3) *Dioecae:* Phoenix
Boraſſus; Elaeis; Chamaerops (de qua, an polyga-
p. 91. ma? quaerit); Mauritia (de qua, num palma ſit, du-
bitat). 4) . . . . Bactris; Corozo JACQ. amer. p.
282. t. 171. f. 4. fructu tantum delineato, praeter
incognita, quam Cl. Editor vel cum Coco butyracea
p. 92. vel C. lapidea eamdem eſſe ſuſpicatur; Thrinax; Eu-
terpe GAERTN. (Flores ſexu diſtincti in eodem ſpa-
dice: *Spathae* partiales ſingulis floribus ſubiectae,
Bacca ſupera 1 loc. 1 ſperma, *Embryo* lateralis);
Sagus RUMPH. et GAERTN. (Flores ſexu diſtincti in
eodem

*) Cl. ÖDMAN Geniſtam Raethem FORSK. (quam Cl.
VAHL Spartium monoſpermum eſſe declaravit) pro
iunipero Iob. XXX. 4. habet, *Vermiſchte Samlun-
gen aus der Naturkunde zur Erklärung der heiligen
Schrift. Zweyter Heft. Aus dem Schwediſchen von
GRÖNING. Roſtock und Leipzig* 1787. 8. p.
161 *ff.*

eodem caudice: *ſpatha* univerſalis, *Bacca* ſupera cor-
icata, ſquamis cartilagineis retrorſum imbricatis,
Embryo lateralis); Hyphaene GAERTN. (Flores ....
ſpatha . . . *Bacca* ſupera 1 loc. 1 ſperma, *Embryo* in
vertice ſeminis!). 5. *Polygama*: Rhapis. Licualae et
Nipae characteres ex deſcriptione THUNBERGII.
Genera obſcura: Pindoka PIS. a MUTISIO in LINN. p. 44.
Suppl. inter ſynonyma Coci butyraceae allegata, at- p. 46.
tentius conſiderato fructu hic Tab. II. depicto eſt Ca-
narium decumanum GAERTN. Generum hucusque p. 49.
determinatorum eo ordine, quo ſuperius diſpoſita
ſunt, ſpecies cum deſcriptionibus auctorum et ſyno-
nymiis, ſubiunctis ſpeciebus adhuc inquirendis. Ad-
ducamus ſpecies in recentiſſima S. N. editione GMEL.
non memoratas, miſſis dubiis: *Areca oryzaeformis* p. 76.
frondibus pinnatis, foliolis glabris 3 nerviis, RUMPH.
amb. 1. p. 40. t. 5. f. c. GAERTN. cent. 1. p. 20. t. 7.
BORASSUS *ſylveſtris* frondibus palmato-pectinatis fi- p. 86.
loque interiectis, petiolo ſpinis aduncis, fructu ra-
cemoſo baccifero, BURM. ad RUMPH. amb. 1. t. 11.
p. 53. *B. Ihur* frondibus palmato-digitatis ſemiqua- p. 87.
drifidis, petiolis auritis ſpinoſis aduncis, fructu ra-
cemoſo oviformi, RUMPH amb. 1. p. 56. t. 12. *B.*
Sonnerati frondibus ſubpinnatis apice bifidis fructu- p. 88.
que maximis, SONNERAT voy. p. 3 — 10. t. 4 — 8.
RUMPH amb. 15. p. 210. t. 81. Nux medica, CLUTII
monogr. Araſt. 1634. 4. *Euterpe globoſa*, Pinanga ſyl- p. 92.
veſtris globoſa RUMPH. amb. 1. p. 38. t. 5. f. 1. A.
Sagus genuina trunco frondibusque pinnatis ſtipita- p. 93.
tis ſpinoſis, foliolis ſpinis inermibus, racemis erectis,
RUMPH. amb. 1. p. 72. t. 17. cum 3 varietatibus vel
forte ſpeciebus diſtinctis. *S. filaris* trunco inermi, p. 94.
frondibus pinnatis exſtipulatis, foliolis apice 3 cuſpi-
datis, racemis ſecundis pendulis, RUMPH. amb. 1.
p. 84. t. 19. memorabilis ob ſomni plantarum obſer-
vationem in ea primum, quantum notum eſt, fa-

p. 59. ſtam. An Pandanus per Nipam cum *palmis* inngen-
dus, quaeſtio movetur. Cocos nucifera non ex nu-
p. 71. cleo tantum, ſed etiam ex cortice fibroſo oleum
praebet, quod caſu expertus eſt Cl. Editor. Singu-
p. 80. laris, licet ad botanicam proprie non ſpectans, animi
adverſio, forte RUMPHIUM iam noviſſe, Novam Gui-
p. 97. neam inſulam eſſe, quam *Sargile* vocat. Tandem
ingens ex auctoribus collectus catalogus *palmarum*
nec genere nec ſpecie determinatarum (quarum mul-
tas tamen ad cognitas ſpecies amandavit Cl. GISEKE;
BROWNII *Hiſtory of Jamaica* uti non potuit).
p. 123. II. *Piperitae.* Ad cognoſcendum ordinem po-
tes fructificationis nihil valent, multum vero coty-
ledones; omnibus fere ſpadix et ſpatha, ſaltem pe-
tioli ſunt incraſſati, et membrana, qua inferne am-
gentur, caulem fructificantem cingit. Additur a L.
LINNAEO Ambroſiania et Cl. Edit. Houttuynia cum
notis huius ordinis a Cl. THUNBERG huius plantae
deſcriptioni in novis actis Holm. ſubiunctis.
p. 129. III. *Calamariae.* Acceſſerunt Reſtio, Gahnia
(inter hunc et ſequentem ordinem ambigens). Ky-
linga, Fuirena, Scleria. Differentiam a graminibus
in abſentia glumae bivalvis (?) LINNAEUS ponit.
p. 135. IV. *Gramina.* Genera nova (Bambuſa deeſt)
praeter Chlorin et Leerſiam inſerere non audet Cl.
p. 139. Editor, ſed ad finem ſubnectit. Facillima diſpoſi-
tio ſecundum numerum ſtaminum, ad quam elabora-
p. 142. tam tabulam Idem adiunxit. Foliationis indagationem
commendat LINNAEUS, quum inde magna lux eorum
p. 144. diviſioni ſit affulſura. Multae ſuper iis annotationes
ex alia Eiuſdem praelectione de uſu oeconomico et
p. 158. ſpeciebus *graminum* deſumtae. Additamenta Cl. GI-
SEKE: excerpta ex commentationibus HALLERI de
p. 165. cerealibus ex nov. Comm. Gott. Computus ſpecie-
rum recens a Cll. RETZIO et SWARZIO detecta-
rum.

V. Tri-

V. *Tripetaloideae.* p. 167.

VI. *Enſatae.* Novae ſunt Dilatris, Witſenia, p. 170.
Xiphidium, Galaxia. Nulla nota conſtans, ex qua p. 177.
character ſumi poſſet Eriocaulo et Pontederiae non niſi dubitanter ipſe LINNAEUS locum in hoc ordine concedit. Vetuſtiorem rarioremque Iridis monographiam Cl. Editor adducit: Iriographia, id eſt brevis et accurata Iridum geniculatarum deſcriptio, Slesvici 1647. 4. auctore ſub dedicatione ſubſcripto F. C.

VII. *Orchideae.* Novae Diſa, Malaxis, Cranichis, Neottia JACQ. (Coll. ad Bot. cet. Vol. III. p. 172.) Gratum lectoribus ſuſcepit Cl. Editor, figuras orchidum ex HALL. Hiſt. ſtirp. Helvet. ad ſpecies p. 185.
Linnaeanas in tabula adiuncta reducendo.

VIII. *Scitamineae.* Character communis ex nulla nota fructificationis extricabilis. Bromeliae et Tillandſiae ab ADANSONO huc relatis nihil cum illis commune praeter florem ſuperum. Copioſe de Muſae ſingularibus. Operoſo labore Cl. Editor b. KOENIGII obſervationum, quarum nuperrime mentionem fecimus, redactionem ſuſcepit, in duabus tabulis ab hoc factam generum a corolla diſpoſitionem p. 202.
aliamque a ſeipſo ſecundum calycem tentatam adiunxit, quibus et reliqua ad *ſcitaminum* ordinem pertinentia inſeruit; poſtea ſingulorum generum characteres uberius expoſuit, iisque ſpecierum enumerationem cum ſynonymis, uti ſuperius in *palmis* fecerat, ſubnexuit. Genera b. KOENIGII inconcinne denominata aliis nominibus, quae ipſe modeſtius nonniſi fugacia vel temporaria eſſe vult, inſignivit. Ita omnia multum ex hoc aeque ac ex *palmarum* ordine ſic elaborato in eos commodi redundaturum putamus, quibus has plantas in locis natalibus diſquirere datum fuerit. Nos, quum in omnibus eum ſequi ob inſtituti noſtri rationem non poſſimus, diſpoſitionem tamen generum exhibebimus.

Calyx ſimplex

Spatha: 1. Muſa 2. Heliconia 3. Strelitzia AIT. 4. Iaegera 5. Thalia.

Perianthium

monophyllum tubuloſum, corollae limbo ſimplici: 6. Globba.

duplici, anthera nuda: 7. Kaempferia 8. Hedychium 9. Buekia 10. Coſtus 11. Alpinia 12. Curcuma.

aucta membrana, lobis aut ſquamis: 13. Planera 14. Meiſtera 15. Greenwaya 16. Wurfbainia.

triphyllum: 17. Canna 18. Maranta.

duplex

Spatha et Perianthium: 19. Paludana.

Involucrum et Perianthium, anthera aucta membrana: 20 Albina 21. Martenſia 22. Stiſſera 23. Dietrichia.

uterque Perianthium: 24. Myroſma.

triplex

Spatha duplex et Perianthium: 25. Renealmia.

Involucrum ſimplex et Perianthium: 26. Manitia.

ſimplex, Spatha et Perianthium: 27. Ettlingera.

ſimplex

ſimplex et Perianthium, Bracteis incluſa, anthera nuda: 30. Ravenala AUBL. et SONNER. aucta: 28. Erndlia 29. Amomum.

Deſcriptionem generum, quae alios auctores partim illuſtrat partim corrigit, ſubiunctis quibuſdam ſpeciebus nondum determinatis, inviti tranſire cogimur; licet vero adeo laborioſus in his fuerit Cl. Editor, multas tamen obſcuritates paſſim ſupereſſe quisque perſpiciet, quod inprimis de Thalia valet, adeo, ut ea planta, quam Cl. ROTTBOELL deſcripſit *), quam Cl. SWARZ diſtinctam a Th. geniculata L. putat, eadem cum novo *graminum* genere Rottboellia videatur (?). Forte tamen quibusdam lectorum noſtrorum non ingratum erit, ſi eos indicaverimus, quorum nominibus Cl. Editor ad ſua genera uſus eſt; ſunt ii: HERBERTUS DE JAEGER, ſcr. diſquiſitiones de materiae medicae obiectis ex India allatis, adiunctas VALENTINI muſeo muſeorum. 10. NIC. BUEK hortulanus Hamb. ſcr. *Verzeichniſs von in- und ausländiſchen Bäumen* cet. *Bremen* 1779. 8. 10. IAC. PLANER, Prof. Erf. notus verſione germanica Generum plantarum LINN. GR. MEISTER primus fere Germanorum fructuum Indiae icones dedit *im orientaliſchen indianiſchen Kunſt- und Luſt-Gärtner, Dresden* 1692. 4. GREENWAY, M. D. in Virginia, Cl. Editori plantas Virginicas miſit, cum eodem novam floram virginicam meditatus, quod vero conſilium bellum americanum irritum reddidit. 10. SIGISM. WURFBAIN ſcr. 14*jährige Oſt-Indianiſche Kriegs- und Ober-Kaufmanns-Dienſte, Sulzbach* 1686. 4. ubi primus Germanorum deſcribit merca- p. 237.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 118.

mercaturam Belgarum in insulis aromata ferentibus, additis passim a filio editore harum arborum descriptionibus. BERNARDUS PALUSANUS, medicus Enkhuysanus, amicus CLUSII, in itineribus in Aegyptum et Syriam museum collegit, quod postmodum sub nomine Gottorpiensis inclaruit. IAC. ALBINUS med. Hamb. a CASP. BAUHINO inter eos nominatus, qui secum plantas ad pinacem communicaverint. FRID. MARTENS itinere in Spitzbergam notus. IOH. ANDR. STISSERUS Helmstad. cultura plantarum exoticarum celebris *). CAR. FRID. DIETERICH botanicae terminologiae germanicae fere parens. SAM. GOTTHILF MANITIUS scr. de aetatibus Zedoariae relationem cet. Dresd. 1691. 4. (12.?) ANDR. ERN. ETTLINGER scr. Diss. de salvia Erl. 1774. CHR. HERR. ERNDL **) edidit de Flora Iaponica epist. Dresdae 1716. 4.

p. 231. Musa troglodytarum secundum RUMPH. succum leviter sanguineum gerit, forte ad illustrandum VIRG. Aen. III. 28. seqq. inserviturum (sed unde haec in Thraciam venisse putanda ?).

p. 274. IX. *Spathaceae.* Novae Massonia, Agapanthus, Cyrtanthus. Differentia ordinis huius a bulbo. Colchico floribus solis protrusis, germine et foliis postea succedentibus, vix simile novit LINNAEUS, nisi in Hamamelide. Massonia inter hunc et sequentem ordinem ambigit.

p. 283.

X. *Coronariae.* Nova Lanaria, Lachenalia, Phormium, Hepetis, Wurmbea, Eucomis. Folia

p. 286. Aloes, Yaccae, Agaves, Bromeliae sunt quasi bulbi supra terram, quorum squamae dilatantur, persistunt et

*) Auctor etiam; vid. BOEHMER de plantis in cultorum memoriam nominatis p. 54.

**) Ultimo loco inter botanicos numerandus, HALLER Iter helveticum, Gott. 1740. 4. p. 96.

et perennant carnoſae, quum bulbus Lilii conſtet tantum baſibus foliorum perennantibus. In Aloes affinibus non baſis modo, ſed totum folium perennat. Qui hoc neſcit, non poteſt non in hoc ordine errare. Caulis ſimplex, ſaepe ſcapus, ſed in nonnullis folioſus, quaſi ſquamis vagis, quae concipiendae ut folia radicalia magis ſeparata et elevata. Ornithogali umbellati radix *ſtercus columbarum* 2 Reg. VI. 25. (quod exegetae ipſeque b. MICHAELIS BOCHARTUM *) ſecuti pro ſemine papilionaceae cuiusdem plantae habent). p. 287. Tulipa ſylveſtris a Geſneriana, praeter odorem et folia, filamentis baſi hirſutis diverſa. p. 288. Bulbi ſquamati nunquam, ſolidi ſaepius venenati; foetor eorum in hoc ordine etiam veneni indicium, quod autem in contrarium non valere, Cl. Editor Hyacinthi exemplo probat. p. 289. Tillandſiae, aquam non ferentis, nomen a profeſſore Aboenſi poſt naufragium aquam ſumme pertimeſcente, adeo ut nomen *Tillands* (*per terram*) aſſumeret (vid. criticam huius nominis in BOEHMERI diſſ. cit. p. 40. RENEALMIO poſtea longe ſpecioſiore planta dicata). p. 291. Cl. Editor in Polianthe bracteam brevem binis floribus ſubiectam, et in eius ſinu aliud quid bracteae vel ſpathae ſimile deſcribit, indeque dubitat, an vere calyx ei denegari poſſit. p. 292.

XI. *Sarmentaceae.* Nomen ideo huic ordini datum, quia pleraeque eius plantae ſcandentes ſint vel fruticuli volubiles. Character a fructificatione non deſumendus, ſed ab habitu et affinitate. p. 294. Unica Menispermi ſpecies dextrorſum, p. 296. reliquae plantae ſcandentes huius ordinis ſiniſtrorſum volubiles, p. 303. omnes contra ſolem ſcandunt. Erythronium ob affinitatem cum Tulipa medium inter *coronarias* et *ſarmentaceas*. p. 297.

*) Hieroz. P. II. L. I. c. 7. p. 38.

p. 301. *ceae.* Alſtroemeria ſalſilla, ſmilacum modo ſcandens, huic ordini potius genus hoc quam alii ex *liliaceis* referendum iubet (in genere affinitates ſingulorum generum in hoc ordine egregie expoſuit b. LINNAEUS, ex quibus ea omnino declaratur, partibus ſingulis fructificationis licet maxime a ſe invicem recedentibus; numerum autem ternarium aut per hunc diviſibilem, qualis ab Eodem aſſumitur, certe non in omnibus adeſſe patet, verum tamen numeri proportionem in ſingulis partibus ad ſe invicem). Monocotyledones pleraeque; optandum, ut de omnibus numerus cotyledonum conſtaret, quo in duos ordines eosque ſibi proximos diſpeſci poſſent (inde hunc
p. XIX. ordinem quaſi medium inter mono- et polycotyledo-
p. 303. nes poſuit). Inflorescentia omnibus in axillis prae-
p. 304. ter Erythronium et Ruſcum. Omnes habent aliquid maligni, duabus ſaltem exceptis, Dioſcorea et Aſparago. Glorioſa venenatiſſima, teſte Horto
p. 305. Malab. Centella, iam cum Hydrocotyle iuncta, olim huic ordini inſerta.
p. 306. XII. *Holoraceae* (uti ſcribit L.). Sectioni *a.* acceſſerunt Microtea et Caroxylon, *β.* Chenolea (A. MURRAY in App. med. ſectioni *η.* dubitanter adduntur Wintera MURR. ſive Drimys FORST. et Myriſti-
p. 309. ca). Atraphaxin et Tinum, iam a Cl. SWARZ ad Clethram relatam, in explicatione addit LINNAEUS,
p. 308. licet in indice ordinis omiſſas. Callitriche ob fructum magis videtur *inundatis* accedere, ſed ob petala bina Coriſpermo ſimillima huc referenda. Ordini
p. 311. toti affinitas ſumma, ſi per gradus et catenam aſcendamus, vix inveniendis limitibus, licet nulla videatur inter Blitum et Laurum ſimilitudo. Varias ex ordine *miſcellanearum* huc referendas eſſe LINNAEUS dixit, quarum tamen in praelectione oblitus eſt (ex quibus tamen nonnullas iam antea in Phil. Bot. ad hunc ordinem reduxerat): *γ.* Axyrin; *δ.* Achyranthem,

chem, Illecebrum, Celoſiam, Amaranthum, Ireſi- p. 315.
nen, Gomphrenam, Phytolaccam; s. Telephium, Limeum, Corrigiolam.

XIII. *Succulentae.* Nova in his Bergia; Vahlia p. 315.
ideo, quod Cl. THUNBERG eam faciem Aizoi habere dixit. Omnes huius ordinis plantae inſipidae, inertes (excepto Sedo acri et Sempervivo tectorum, ut monet Cl. Editor — addendum Meſembryanthemum cryſtallinum), inodorae, adeoque mere olera-ceae; qua in re diſtant a Stapeliis, Aloebus et Euphorbiis.

XIV. *Gruinales.* Novam dubitanter appoſuit p. 320.
Cl. Editor Sparrmannianam. Qui huius ordinis characterem dicat, ſibi fore Apollinem ipſe LINNAEUS fatetur; et tamen inter omnes eiusdem plantas affinitas egregie demonſtrata.

XV. *Inundatae.* Potamogeton Orontio affinis, p. 326.
aſt hoc propius ad Acorum accedens; hic mono — Potamogeton dicotyledon, Orontii cotyledones adhuc ignoti. Chara et Naias an huc referendae, nec p. 328.
ne, ipſe LINNAEUS ſe neſcire fatetur. Caeterum huic ordini inſeruit Cl. GISEKE Serpiculam ſecundum numerum in Mantiſſa adſcriptum, pro quo forte XL. legendum, quum dicatur herba facie Veronicae ſerpyllifoliae; itemque Aponogetonem ex auctoritate Suppl. faciem potamogetonis adſcribentis. LINNAEUS quaedam de differentia mono- et dicoty- p. 329.
ledonum addit, certiſſimamque plantarum ex ea diviſionem ſtatuit; inde quaedam de plantis paraſiticis, in quibus cotyledones nondum deſcripti, neque adeo neceſſarii videantur; ex his tamen eximenda Epidendra et Tillandſias, item quae per arbores immiſſis radicibus repant, ut Bignonia radicans, Rhus radicans.

XVI. *Ca-*

p. 331. XVI. *Calyciflorae.* Has, quibus coram addidit Memecylon (in Phil. Bot. ad *bicornes* relatum) aliis ordinibus se inseruisse LINNAEUS monuit, sed quibus, non addidit.

p. 332. XVII. *Calycanthemae.* Iterum affinitates generum inter se, licet nulla fructificationis parte constante, nisi forte pistillo, quod in omnibus unicum, stigmatum numero vario.

p. 337. XVIII. *Bicornes.* Plantae rigidae, durae, semper virentes, fere omnes suffrutices, certe perennes; foliis alternis, simplicibus, indivisis, vix crenatis, persistentibus, stipulis et bracteis nullis, fructificationis partibus diversis, neque ex his characte-
p. 344. re communi eruendo. Arbuto corolla basi fenestra-
p. 337. ta i. e. pellucida, quod in nulla alia planta, excepta
p. 340. Ixia, ut monet Cl. Editor. Idem Rhodoram viram vidit, a LINNAEO pro planta monstrosa habitam ideoque expunctam, restitutam a SCHREBERO. Kal-
p. 341. mia et Andromeda oves non assuetas necare dicuntur, et hinc forte ob ultimae copiam in Lapponia
p. 343. oves non coluntur. *Vaccinia* veterum baccae Ligustri. Diceram et Hudsoniam dubitanter huic ordini inseruit Cl. Editor. *Bicornibus* monopetalis omnibus stamina receptaculo inserta nec corollae, quod in nulla alia monopetala praeter Aloen. Ex hoc staminum situ LINNAEUS adiunxit huic ordini alias plantas, quae si peculiarem constituere deberent, is huic proximus foret: Halesiam (cui simillima fructu Spathelia a Cl. Editore additur), Styracem, Citrum (pomacea MURR.), Garciniam (ascyroidea EIDEM) vel ad hunc vel ad sequentem ordinem referendas; Memecylon, Santalum, Melastoma et Lawsonia in MSto FABR. huc etiam dubitanter relata.

p. 346. XIX. *Hesperideae*, quibus Cl. Editor Calyptranthum et Legnotidem addit, et

XX. *Rotaceae* explicatione carent.

XXI. *Pri-*

XXI. *Preciae.* Acaules, foliis ſimplicibus, ſcapo umbellifero excepto Cyclamine, flore regulari, calyce et corolla 5 fidis, ſtam. 5, ſtylo 1, fructu 1 capſ. ſupero, vere florentes, nil maligni continentes cyclamine excepto, alpinae; Limoſella calyce et corolla ſemiquinquefida Aretiae affinis, ſed uliginoſa; affines huic ordini Menyanthes, Hottonia, Samolus, ob ſemina receptaculo affixa. p. 347.

XXII. *Caryophylleae.* Gypſophila ſtruthium veterum *ſaponaria;* omnes Gypſophilae in calculo tentandae ob vim ſaponaceam non nocentem. Prioribus duabus ſectionibus huius ordinis, veterum *caryophyllo* (quorſum Cl. Editor Sheffield iam dubitanter refert) et *Alſine*, tertiam addidit LINNAEUS, quae Pharnaceum, Glinum, Molluginem, Polycarpon, Minuartiam, Queriam, Ortegiam, Loeflingiam et Rotalam, et quartam, quae Scleranthum et dubie Polypremum complectitur. Phlox olim huic ordini adſcripta ad *rotaceas*, Plumbago ad *incertas* relata (a b. MURRAY dubie ad *campanaceas*). p. 349. p. 351. p. 354.

XXIII. Trihilatae (quibus b. MURRAY dubitanter Berberidem in Phil. Bot. huc relatam, et Trapam adſociat) dicuntur a fructu 3 loculari et 3 cocco, omnibus nempe loculamentis diſtinctis; at Meliae eſt 5 locularis. Calyx iis 4 — 5 phyllus vel 5 partitus, coralla 4 — 5 petala, ſtamina 8 — 10, piſt. 1. Nectarium ſemper adeſt, hinc corolla plerumque irregularis. Totus ordo nullum continet acre praeter Tropaeolum, nec aliquid noxii, in eo diverſiſſimus a tricoccis. Swieteniam cum Cedrela a LINNAEO inter *miſcellaneas* poſitam huc reduxit Cl. CAVANILLES; nova ab Eodem ſtabilita genera, quae omnia ſub monadelphiarum claſſe comprehenderat, hic recenſuit Cl. Editor. Pteleam ob frondeſcentiam Aeſculo ſimilem huc olim quoque retulerat LINNAEUS, ſed poſtea ad *vagas* ablegavit. Cupaniam, ab Eo- p. 357. p. 359. p. 368.

p. 37 dem *tricoccis* inſertam, Cl. SWARZ ad hunc ordinem refert.

p. 371. XXIV. *Corydales.* Calceolariam dubie, tantum ob convenientiam floris cum Utricularia, appoſuit LINNAEUS, Monotropam in Phil. Bot. huc relatam ad *vagas* remiſit (Fumariam ad *lomentaceas* b. MURRAY.) Calyx diphyllus, bifidus in Pinguicula, 4 phyllus in Meliantho. Utricularia et Pinguicula ob capſulam 1 locularem a *perſonatis* alienae. Neque in hoc ordine ulla nota communis nec differentia ab

p. 373. aliis generibus. De viribus medicis Fumariae copioſe. Melianthi odorem viroſiſſimum plura praeſtiturum aliquando, quam Conium, Cicutam, Hyoſcyamum

p. 375. aut Daturam aut ulla alia recentiorum, in morbis cerebro oriundis.

p. 376. XXV. *Putamineae* (dubiis Creſcentia et Maregravia, additis a Cl. Editore Tanaecio et Poſſira AUBL. et SW. ſ. Rittera SCHR.) explicatione carent.

XXVI. *Multiſiliquae.* Actaea eique affinis Cimicifuga in bivio inter *rhoeadeas* et *multiſiliquas.*

p. 383. XXVII. *Rhoeadeae* explicatione carent.

p. 384. XXVIII. *Luridae* ordinem naturalem valde diſtinctum et evidentem conſtituunt, foliis alternis, calyce 5 fido, corolla 1 petala, ſtaminibus 4 — 5, piſt. 1, germine ſupero, pericarp. biloculari, quod in

p. 385. aliis bacca, in aliis capſula (novae acceſſerunt Ignatia, Triguera, Witheringia). Digitalis thapſi, nonniſi flore a Verbaſco thapſo diſtinguendae, patrem

p. 386. V. thapſum fuiſſe LINNAEUS ſuſpicatur. Ab inter-

p. 388. no infuſi Verbaſci uſu dehortatur L. Solanum ſolum ex omnibus plantis poris in apice antherarum gaudet, quibus ſolis a Capſico differt. Lycium et Ceſtrum hunc ordinem claudunt intercedente tamen inter ea et praecedentia genera hiatu (in Phil. bot. haec *veprecula* inſerta fuerant); ipſe etiam LINNAEUS addidit Browalliam, Seſamum, Pedalium (huic aliquantum affinis

finis Amaſonia, quam tamen Cl. Editor hic inſerere non auſus), Strychnon, Catesbaeam. Solandra sw. p. 392.
Daturae quidem ſimilis, ſed fructu baccato, ob levem curvaturam corollae et ſtaminum Martyniae ideoque *perſonatis* a SWARZIO iungitur.

XXIX. *Campanaceae* (novae Retzia, Falkia, Carina) nunquam arbores, raro fruteſcentes; folia p. 393.
omnibus alterna, calyx et corolla 5 fida, ſtam. 5, piſt. 1. (praeter Evolvulum), capſula. Omnes ſaltem
inniores lacteſcunt, vis ideo purgans, parum venenata (Lobelias tamen veneno ſcatere, inferius mo- p. 400.
netur). GERARDI in hoc ordine errores. Convolvulus ſepium ſolis bracteis a C. ſcammonea diverſus,
hinc huic ſubſtituendus. In Polemonio, Roella, Campanula et Phyteumate germen tectum ſquamis 5 p. 397.
membranaceis, quibus inſident ſtamina, quod in nulla alia planta praeter Plumbaginem, ſed in hac paullum diverſa ratione. Fecundationis ratio ſingularis in Parnaſſia *). p. 401.

XXX. *Contortae* a Cl. GISEKE diviſae in α. folp. 402.
liculaceas (in quibus novae Pergularia, Embothrium,
Rhopula, Plectronia?) β. capſuliferas (Allamanda,
Manettia) γ. baccatas (Fagraea, Cariſſa, Paederia,
Arduina, Gynopogon, Willughbeia, Melodinus) δ.
drupaceas. Ab Eodem laudes recentiorum in eruendis plantis huius ordinis. De Aſclepiade vincetoxico: „Si STAHLIUS indolem eius lacteſcentem et p. 411.
venenatam intellexiſſet, hoſtis medicamentorum heroicorum ſ. venenatorum, nunquam hanc ſibi amaſiam
elegiſſet.“ Fagraeam ob affinitatem cum Portlandia p. 414

*) Conf. F. A. v. HUMBOLDT *in Annalen der Botanik von* P. USTERI *III. Stück, Zürch.* 1792. 8. *p.* 7. *ff.*

huc refert, nili eam Brunsfelsiae affinem ideoque ad *personatas* ablegandam esse, Cl. Editor monet.

XXXI. *Vepreculae.* Explicatio deest.

p. 415. XXXII. *Papilionaceae.* Novae Abrus, Stylosanthes, Diphysa, Liparia, Dimorpha, Teramnus, Pterocarpus, Amerimnon, Mullera, Cylista, Smithia, Dipteryx. Divisionis artificialis a staminibus tabulam subiunxit Cl. Editor. Dahlbergia, Securidaea et Nissolia ex mente Cl. VAHL peculiarem ordinem aut certe subdivisionem constituunt. Coluteae et Resedae solae inter omnes plantas pericarpium apertum crescens
p. 421. adhuc fructu. Coluteae legumen inflatum forte a colore in loco natali repetendum. Glycine monoeca
p. 428. monente Cl. Editore omnium maxime mira, quum LINNAEUS antea asseruerit, in diadelphis sexum distinctum non occurrere, cuius ratio inspicienti structuram florum pateat.

p. 429. XXXIII. *Lomentaceae.* Novae Prosopis, Schop. 432. tia? Moringa, Gymnocladus, Cubaea, Crudia? Macrolobium. Mimosae scandentis semina quotannis ad littora Norvegiae eiiciuntur, sed unde haec veniant, difficile dictu, nisi credamus, ea totum mare ab India Norvegiam usque pernatasse *). Alias supersse plantas, quarum fructus legumen, v. c. Brownaeana,
p. 438. huc non referendas, Cl. Editor monet, quas iam inquirere non vacet.

p. 439. XXXIV. *Cucurbitaceae.* A *farmentaceis* distinguuntur, quod sint non volubiles, dicotyledones, cirrhosae, praeter Momordicam elateriam et forte
p. 440. Gronoviam, de qua adhuc dubium. Totus (?) ordo teter est et foetidum continet. Passiflorae suberosae
p. 441. cortex suberosus ut in Cynancho suberoso, ne cirrhis suis caulem comprimendo seipsam strangulet. Ad hunc

*) Conf. Comment. nostr. Vol. XXXIIII. p. 337.

hunc ordinem Cl. Editor ſine dubio referendum putat Sechium.

XXXV. *Senticoſas* et XXXVI. *Pomaceas* coniunctim in MSto FABR. tradidit LINNAEUS, neque eas easdem poſtea in Gen. plant. edit. VI. ſeparaverit, Cl. Editor cauſſam invenire potuit. p. 444.

XXXVII. *Columniferae*. Praeter nova genera Cl. CAVANILLES acceſſere Carolinea, Ochroma, Achania, Myrodia? Aubletia, Marila, Bubroma, Abroma, Malacodendrum, Eroteum, Ternſtroemia, et ſecundum Cl. SWARZ Symplocos. Malachram ipſe LINNAEUS dubiam hic poſuit, ut et Sterculiam deinde ad *tricoccas* relatam (Theam b. MURRAY inter *tricoccas*, Tiliam inter *aſcyroideas*). Hibiſcus moſcheutos flores e petiolo promit, eo Turnerae affinis. Hermannia pinnata unicum exemplum in toto ordine foliis pinnatis. Triumfettae ſpeciem unam calycem non habere ſi verum eſſet, unicum fore exemplum in regno vegetabili; fructum eius hamatum ut in Arctio vel Xanthio certe docere, eam ſponte in ruderatis creſcere. Mahernia nomine ſicut flore inverſa Hermannia. Quaedam de viribus medicis radicis Althaeae, decoctum eius ex vino gallico rubro cum pauxillo aluminis ad abſtergendos dentes. Additamenta Cl. Editoris ex Cl. CAVANILLES, et tabula ſynoptica omnium generum ab Eodem pertractatorum, et reliqua genera a recentioribus ad hunc ordinem relata. p. 451. p. 455. p. 456. p. 458. p. 460. p. 461. p. 462.

XXXVIII. *Tricocca*. Novae Alchornea et Argythamnia; item Gymnanthes, Siphonia, Sapium, Stillingia, Aleurites et Acidoton, quae an combinari poſſint, Cl. Editor quaerit. Inſunt huic ordini quaedam dialiae polycoccae; ſunt et in aliis ordinibus tricoccae huc non ſpectantes. Plerisque lac acerrimum; inprimis memorabilis in plerisque ſtylus 3 fidus aut 3 partitus, ſingulis ramulis eius bifidis; calyx et co- p. 474.

rolla habent ſemper aliquid inſueti vel quoad nectarium vel quoad formam. Solandra L. iam ad Hydrocotylen relata hic etiam occurrit.

p. 481. XXXIX. *Siliquoſae.* Nova Charnira. Mira na-
p. 484. turae providentia in tuendis Anaſtaticae ſeminibus, ne per auctumnum et hyemem, in mari circumacta
p. 485. planta, excutiantur et pereant. Monitum de non nimis protrahendo naſturtinorum uſu, ne abraſis ab acredine eorum fibrillis tenuiſſimis vaſa et inteſtina quaſi calloſa evadant. Volatiles eorum partes nervorum tunicas vellicare et ſpaſmos facere, qui omnes non a medulla nervorum, ſed ab eorum tunicis.

p. 486. XL. *Perſonatae.* Novae Pentſtemon, Hybanchae, Tamonea, Vandellia, Manulea, Spielmannia, Melaleuca? (a b. MURRAY heſperideis aſſociata) Lindernia, Hemimeris, Solandra SW. Explicatio huius ordinis deeſt, Cl. Editor autem diſpoſitionem generum ſecundum corollam addit.

p. 489. XLI. *Aſperifoliae.* Huic ordini LINNAEUS in
p. 9. introductione Coldeniam inſeruerat; hic addidit ſectione ſecunda Tournefortiam, Meſſerſchmidiam, Varroniam, Ehretiam, Cordiam, Patagonulam, et
p. 493. tertia Nolanam, quae, ut addit Cl. Editor, plurium ordinum notas ſingulas poſſidet, folia et ſtigma ut in *luridis*, ſtylum ut in *aſperifoliis*, corollam et fructus figuram convolvuli, ſemina 2—4 locularia ut in affinibus Cordiae. Secundae ſectioni nova acceſſit Sabi-
p. 494. cea AUBL. et SW. ſive Schwenkfelda SCHR. Symphytum tuberoſum contra podagram laudatum fuit, forſan vis eius mucilaginoſa cryſtalliſationem materiae podagricae impedit.

p. 495. XLII. *Verticillatae.*

p. 499. XLIII. *Dumoſae.* Hunc ordinem ſibi ipſi nondum ſatisfeciſſe LINNAEUS iam in Gen. Pl. monuit;
p. 505. videri habere affinitatem cum *tricoccis*, ſed eiusdem ordinis numquam futurum. Novae acceſſerunt Bu-

melia

melia et Rochefortia (b. MURRAY Amyris et Copaifera). Omnes convenire qualitate maligna, nec recedere ab ea qualitates Sambuci *). p. 504

XLIV. *Sepiariae* (Fraxinum ad *aſcyroideas* retulit b. MURRAY.) Olea capenſis forte ſola varietas O. europaeae. p. 506.

XLV. *Umbellatae.* Nova. Hermas, Cuſſonia, Spananthe, Chamitis. Cuſſoniam LINNAEUS filius ſibi ad Araliae genus pertinere videri dixit. Chamitis auctore b. GAERTNERO differt ab omnibus reliquis umbella ſimplici, interdum nulla omnino, fructuque non raro tripartibili et triſpermo; per hanc Lagoeciam (iam in Phil. bot. ordinem hunc claudentem) *umbellatis* forte iungendam putat Cl. Editor ob fructum duplicem, altero abortivo. p. 508. p. 517.

XLVI. *Hederaceae.* Aralia vi diuretica *umbellatis* proxima. p. 519.

XLVII. *Stellatae.* Nova Ernodea (Ophioxylon b. MURRAY dubie huc retulit, Coffeam inter *cymoſas* poſuit). Phyllis prima huius ordinis, quam vero LINNAEUS in MSto FABR. *umbellatis* ob germen et ſemina aſſociaverat, licet habitu ab iisdem diverſiſſimam. Ophioxylon huc pertinere, dubium non eſſe LINNAEUS affirmat ob ſeminum et ſtipularum rationem. p. 520. p. 512. p. 527.

XLVIII. *Aggregatae.* Novae Leviſanus, Bankſia, Cephaëlis (Loniceram et Linnaeam *cymoſis*, Viſcum *conglomeratis* addidit MURR.) „Knautia inde dicta, quia KNAUTIUS ſemina nuda negabat et flores in regulares atque irregulares dividebat, quas theſes utrasque falſas eſſe haec evincit.“ Bankſiae deſcriptio- p. 528. p. 533.

*) Vid. iam Diſſ. Vires plantarum §. 34. in Amoenit. acad. Vol. I.

p. 536. ſcriptionem novasque duas ſpecies ex Cl. WHITE *) exhibet Cl. Editor.

p. 538. XLIX. *Compoſitae.* His quamplurimae novae acceſſerunt, de quibus vero Cl. Editor nihil ulterius

p. 554. adducit; Kuhnia huc etiam relata (*diſcoideis* b. MURRAY Xanthium dubitanter inſeruit). Commendat Cl. Editor de hoc ordine obſervationes in Suppl. a LINNAEO filio edito p. 346. ſeqq. quae fere optima

p. 542. totius operis pars haberi poſſint. *Compoſitarum* character eſſentialis fruſtra quaeritur, quamvis ordo ſit naturaliſſimus. Singulorum generum luſtratio ab inſtituto noſtro aliena. Inſperſa ſubinde quaedam de uſu

p. 555. medico: Eupatorii cannabini vis purgans, et Artemiſiae campeſtris ſemina loco Santonici tentanda ſun-

p. 559. dentur. Omnes Verbeſinae et Bidentes luteo-tinctoriae, diureticae; hinc loco V. acmellae aliae ſpecies tentandae forent, quae minori comparari poſſent pretio.

p. 571.

p. 578. L. *Amentaceae.* Myricae gales fructus in unguento vel balneo optimum remedium contra ſcabiem.

p. 580. Iuglandes omnes ex America eſſe LINNAEUS certiſſime

d. 583. credit, et I. regiam inde in Chinam et ex ea in Perſiam veniſſe ſuſpicatur. Ab HASSELQUISTIO menſuram craſſitiei Platani cuiusdam ſtupendae magnitudinis in inſula Chio accepit, forte eiusdem adhuc, quam PLINIUS iam memoravit.

p. 584.

p. 585. LI. *Coniferae.* Liquidambar ad hunc ordinem referenda, quam tamen in Gen. Pl. ed. VI. inter *dia-*

p. 626. *bias* relegavit LINNAEUS (ſuperius *amentaceam* dixit; inter has etiam b. MURRAY eam dubitanter locavit).

LII. Co-

*) A Journal of a voyage to New - South - Wales etc. London 1790. 4. c. f.

LII. *Coadunatae*, quibus Ochna ſecundum Cl. SWARZ dubitanter inſerta (a b. MURRAY Illicium itidem dubie). p. 592.

LIII. *Scabridae*, quibus acceſſerunt Boehmeria ſecundum Cl. SWARTZ, et Forſkohlea. p. 593.

LIV. *Miſcellaneae*, quae nimirum inter ſe affines ſunt, ſed nulli priorum ordinum inſerendae (v. c. Poterium et Sanguiſorba, quae b. MURRAY *conglomeratis* annumeravit). Hi tres ordines explicatione deſtituuntur, praeter pauca quaedam recentius detecta, quae Cl. Editor *ſcabridis* addidit. p. 594.

LV. *Filices*. Nova acceſſerunt Maattia, Caenopteris, Dickſonia. Prima ex *F. fructificationibus ſpicatis*, eſt Equiſetum, quod ſuperius in indice coniferarum Ephedrae ſubiunctum eſt cum ſigno (?) et additum parentheſi: *Filicis pollen*. „Omnes *filices* aqua adſperſae non madefiunt, ergo exſiccantes ſunt et corroborantes.“ *Filices* ex pulvere earum ſato proveniſſe, quod MORISONUS aſſerat, incertum pronunciat LINNAEUS *). Hanc per ſemina propagationem iam VAL. CORDO cognitam fuiſſe, Cl. Editor ex eius Annotatt. in DIOSC. Argent. 1561. 4. p. 170. probat. p. 596.

Idem copioſe de duobus iſtis generibus, de quibus diſceptatum utrum ad *palmas* an ad *filices* ablegari debeant, Cycade et Zamia, diſputat, et C. revolutae ſpadicem Tab. VII. depictum ſiſtit, quam cum deſcriptione C. circinalis a Cl. JACQUINO tradita **) comparat et unam eamdemque eſſe oſtendit, quandoquidem ſpadicem hunc Viennae ipſe acceperat. p. 600. p. 641.

De reliquo recentiora in hoc aeque ac p. 610.

*) Ad experimenta STAEHELINI recentiſſime provocavit HALLERUS in *Götting. Anz. von gelehrten Sachen*, 1776. *St.* 1. *p.* 5. *ſ.*

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 542.

ſequentibus ordinibus inventa temporis angustia praecluſus praeterit, quae peſſima excuſatio eſt.

p. 618. LVI. et LVII. *Muſci* et *Algae*. LVIII. *Fungi*. Mucor ſepticus unicum vegetabile in tota rerum natura, cuius vegetatio oculis videri poteſt, ſed vix nisi in vaporario.

p. 623. His demum praelectionibus Cl. Editor addidit commentarium in mappam affinitatum genealogico-geographicam, cuius primam ideam opus Cl. WURZ*) ſubminiſtravit, et quam operoſo labore 1789. antequam Ill. SCHREBERUS genera plantarum edidiſſet, confecit. Pro diverſa copia generum ſingulos ordines 16. et 54. omiſſis, conſtituentium maiores vel minores provincias, geometrica quantum fieri poterat dimenſione ſervata, conſtituit, easque vel tamquam inſulas aliis ordinibus magis minusve vicinas, vel finitimas inter ſe cohaerentes collocavit. Sic *filiquoſae* inſulam ab omnibus reliquis remotam conſtituunt, *columniferae* pariter, ſed ab uno latere *ſtellatis*, ab altero remotius licet *compoſitis* vicinae; *tricoccae contortis*, et his propiores per Lobeliam *campanaceae*, hisque remotis *luridae* et magis adhuc *perſonatae; perſonatis verticillatae; cucurbitaceis pomaceae*, et his *ſenticoſis*; *vepreculis coadunatae*, *rotaceis preciae*, hisque ex altera parte *heſperideae*, hisque *bicornes*, ex altera *gramoſae*, et his *ſepiariae; ſucculentis* per Sedum *gruinales; caryophylleis trihilatae; aggregatis* per Dipſacum Globulariamque et Sphaeranthum Echinopemque *compoſitae*; *verticillatis* ex una parte *compoſitae*, ex altera *aſperifoliae*; nullae autem ſibi propiores, quam *papilionaceae lomentaceis*. *Umbellatas* et *ſtellatas* per Sium ninſi et Phyllidem vicinas iungunt *Hederaceae* per Panacem; *multifiliquae* per Trollium et Podophyllum cohaerent cum *rhoeadeis*, hae per Sanguinariam et Capparidem cum

*) Eorund. Vol. XXIII. p. 252.

cum *putamineis*, et per Chelidonium et Fumariam cum *corydalibus*; *perſonatae* per Martyniam Barleriamque et Pedalium Daturamque cum *luridis*; *caryophylleae* per Lychnidem et Linum cum *gruinalibus*; *bicornes* per Kalmiam et Rhexiam cum *calycanthemis*. Longe autem evidentior nexus inter 13 priores, maximam partem monocotyledones, et per hos cum cryptogamis; *fungi* per Agaricum Pezizamque et Marchantiam Tremellamque cum *algis*, hae per Iungermanniam et Hypnum cum *muſcis*, hi per Lycopodium clavatum et Oſmundam regalem cum *filicibus*. *Filices*, *coniferae* et *amentaceae* inter ſe per Equiſetum, Cupreſſum, et Betulam Caſuarinamque; ex altero latere per Cycadem Zamiamque et Nipam cum *palmis*, hae per Hydrocharin et Butomum cum *tripetaloideis*, et hae per Acorum cum *piperitis*, quae rurſus *palmis* vicinae; ex altero latere *tripetaloideae* per Sagittariam et Ixiam cum *enſatis*, hae per Gladiolum et Serapiadem cum *orchideis*, hae cum *ſcitaminеis*. *Enſatae* rurſus per Iridem et Lilium martagon cum *coronariis*, per Crocum et Colchicum cum *ſpathaceis*, hae per Erythronium et Tulipam iterum cum *coronariis*, et hae per Amaryllidem et Alſtroemeriam cum *ſarmentaceis*. Tertia *tripetaloidearum* coniunctio eſt per Iuncum et Scirpum Schoenumque cum *calamariis*, harum per Caricem et Cenchrum Cynoſurumque cum *graminibus*, quae deinde cum *oleraceis* et hae cum *ſucculentis* nectuntur.

Subiungitur his explicatio tabularum, quarum I. nucis *palmae* cuiusdam incognitae duo ſpecimina, II. nucem Pindovae PIS. ſ. Canarii decumani GAERTN. III. fructum Maripae AUBL. quam itidem Canarii ſpeciem eſſe docet Cl Editor, aliusque *palmae* incognitae, IV. ramum ſpadicis *palmae* ex muſeo Cl. SCHULZ, ſub nomine *Palmae indicae Roſſiae*, quoad ſquamas earumque directiones ad Sagum, quoad nucleum ad

Arecam

Arecam pertinentis, V. fructum Pinangae oviformis RUMPH. VI. iterum fructum *palmae* ignotae ex Antillis, et VII. ſpadicem Cycadis revolutae cum fructibus ſiſtit.

XV.

C. L. HOFFMANNS, *Sr. Churfürſtlichen Gnaden zu Mainz geheimen Raths, vermiſchte mediciniſche Schriften. Herausgegeben von* HEINRICH CHAVET. *Zweyter Theil. Münſter* 1791. *Bey Friedrich Chriſtian Theiſſing.* 8. pagg. 526. Dedicatio, praefatio editoris et index contentorum pagg. XXIV. *Dritter Theil.* 1792. pagg. 464. praefatio pagg. XIII. *).

i. e.

C. L. HOFFMANNI opera varia medica, edita ab H. CHAVET. Pars ſecunda et tertia.

Pars. II. In dedicatione partis ſecundae Cl. Editor monumentum amicitiae b. FRIES, profeſſori et conſiliario medicinali Monaſterienſi, ponit, Decembri 1790. diuturno morbo praegreſſo phthiſi pulmonali exſtincto. Tractatus hic collecti omnes ac ſinguli iam prima vice prelo commiſſi.

p. 1. I. *Inſtructio, quomodo medico in condendis theoriis agendum et quae devia ipſi vitanda ſint* (1765.). Laudes matheſeos et logices, earumque ad diſciplinas

*) Partis I. recenſionem exhibuimus in Comment. noſtr. Vol. XXXII. p. 635. ſeqq. ubi aſteriſci tractatus antea iam editos deſignaturi num. III. IV. V. X. praefigendi.

nas medicas praeparantes aeque ac theoreticas et practicas applicatio. *Hygienen* eam doctrinam vocat Cl. Auctor, quae de apta medicamentorum compositione agit. p. 101.

II. *De solutione* (1765). Doctrina de putredine, maximi in medicina momenti, theoriam solutionis, et haec cognitionem corporum solidorum et fluidorum, horum interstitiorum, gravitatis et virtutis adhaesivae corporum praesupponit. Gravitas essentialis sive particularum corporis nulla habita ratione pororum eiusdem, probe discernenda a gravitate specifica: v. c. ligni abiegni, spongiae, suberis gravitas specifica minor, essentialis maior, quam aquae; argenti, plumbi, cupri, stanni maior quam hydrargyri. Sic etiam adhaesio ab attractione distinguenda; ex illa phaenomena sub coniunctione aquosae partis spiritus vini cum sale tartari, solutionis camphorae in acidis mineralibus, fusione et reductione metallorum, et ascensus fluidorum in tubis capillaribus explicantur. Duo requisita ad solutionem: ut fluidi vires attactu ita augeantur, ut partes solidi adeo seiungere possint, ut oculo nudo discerni nequeant; et ut partes hae seiunctae in fluido dissipentur suspensaeque teneantur. Prius ex conditione interstitiorum et pororum in solidis, tubis capillaribus aequiparandorum. Cur idem menstruum non omnia corpora, neque alio uno eodemque tempore solvat, partim a diversa magnitudine particularum menstrui et interstitiorum corporis solvendi, partim a diversa gravitate essentiali in utrisque pendet, quae si in solvendo minor est, menstruum eidem non adhaeret nec in eius poros et interstitia penetrat. Ad metiendas vires menstrui regulae generales de vi celeritatis et massae applicandae; inde patet, cur acida concentratiora metalla non tam cito solvant, quam diluta quia nempe aqua cohaesionem ipsorum (visciditatis termi-

p. 105.

p. 122.

p. 125

p. 160.

p. 180.

p. 183.

p. 187.

p. 190.

no

no generatim utitur Cl. Auctor) minuendo eorum celeritatem auget; cur tantum definita quantitas in determinata menſtrui portione ſolvi ſe patiatur; cur
p. 194 aqua per mineras quasdam tranſiens quicquam ex iis ſolvat cet. cur nimis diluta acida metallis ſolvendis imparia ſint, iactura nempe ratione maſſae, celeritate tamen non aucta. Acida eſſentialiter multo gravio-
p. 200 ra, quam alkalia; inde haec ſolvendis metallis minus idonea quam illa, et vice verſa. Explicationem actionis aquae fortis et regis in argentum et aurum non exhibet Cl. Auctor, utpote ad praefixum ſco-
p. 204 pum non pertinentem. Si fluidum in interſtitia penetrans ea non expandit, contrarium evenit, maiorque cohaeſio et firmitas enaſcitur, v. c. in terra argillacea madefacta. An umquam theoria eo ſit perventura, ut a priori definiri queat, quaenam corpora dato quodam menſtruo ſint ſolubilia necne, maxime dubium videtur. Alterum requiſitum ſolutio-
p. 206 nis, ut nempe particulae ſolutae in menſtruo ſuſpenſae haereant, a vi adhaeſiva gravitatem ſuperante proficiſcitur.

p. 213. III. *De igne fragmentum* (1765). Continuatio tractatus prioris. (Cur tribus vicibus nomen Gedan loco *Danzig*, ex latino Gedano?) Corpora omnia
p. 250 natura ſua ſolida eſſe, praeter aërem, naphtham et ignem ipſum, quae tamen ipſa frequenter ut ſolida
p. 269 (in ſolidis) exiſtant. Ignem corporibus fluidis non adhaerentem ſed tantum in iis aſcendentem ea non calefacere, probant bullulae ex fundo aquae in vitro bullientis ſurgentes, quae nil ſint niſi ignis ab inferioribus intrans, aquae non adhaerens, in ea aſcendens eiusque calorem non augens. Praeſtantia ther-
p. 309 mometri mercurialis prae reliquis. Vis ignis cor-
p. 318 pora liquandi diverſa a vi calefaciendi. Menſtruum proprie dici nequit, quia partes ſolutas non ſuſpen-
p. 319 ſas tenet. Calor animalis non generatur attritu glo-

bulo-

bulorum ſanguinis ad latera vaſorum, ſed perpetua p. 330.
ſolutione ſanguinis, qua particulae igneae liberantur p. 340.
ſive inactivae in motum ducuntur. Quum autem
nulla ſolutio ſine viribus externis locum habeat, ad
calorem hunc opus eſt compreſſione motuque ſan-
guinis; inde color ſub curſu, et febrilis.

IV. *De cauſſa, cur ſal communis, nitrum et ſal* p. 347.
ammoniacus nivi vel glaciei contuſae commixta ſubito
ingens frigus producant, eoque citius, quo propius haec
commixtio fornaci calidae admoveatur, epiſtola ad Cl.
BRUCHAUSEN (1776). Frigus eſt effectus ſolutio- p. 361.
nis, hac peracta ceſſans, in qua multae particulae ignis
liberae ſed ſimul inactivae redduntur; quo citior er-
go ſolutio, eo citius frigus; inde idem phaenome-
non in experimento petropolitano ad congelationem
mercurii affuſo ſpiritu nitri et oleo vitrioli citius ad-
huc apparuit. Frigus ergo nihil reale eſſe, indeque p. 364.
frigus corporis, horrorem febrilem, actionem reme-
diorum refrigerantium explicari poſſe.

V. *De partibus diverſis per ſolutionem et vires* p. 367.
diiungentes ignis productis (1766). Sub finem ad
declarandum ortum malorum contagioſorum expe- p. 417.
rimenta quaedam, quibus evincitur, partes putrefa-
ctas in adiuvanda quidem putredine efficaces eſſe, ſed
ſui ſimiles non citius ad corruptionem rapere, ideo-
que ea limitantur, quae olim aſſumſerit Cl. Auctor
(ſine dubio reſpectu habito ad ea, quae olim *) alle-
gavimus).

VI. *De acrimonia, eiusque effectibus in genere* p. 421.
(1766). Acrimonia generatim eſt vis cuiuſcunque p. 437.
corporis, ſiue fluidum ſit (acrimonia activa), ſive fiat
(acrimonia inactiva) ſolo contactu ex alia cauſſa
quam calore in partes corporis humanis fortius agen-
di

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 646.

p. 439. di, quam humores ſani eiuſdem. Activitas igitur fluidorum, quibus acrimonia adſcribitur, in eo conſiſtit, ut niſum fortiorem adhibeant in poros et interſtitia partium ſolidarum corporis vivi penetrandi eaſque disiungendi, quam ab eiuſdem humoribus ſanis fit. Neque ergo abſolutum quid, ſed relativum.

p. 440. Tres acrium claſſes: 1. quae nexum ſolidorum corporis vivi tollunt, communiter cauſtica dicta; 2. quae nexum non ſolvunt, ſed ibi, ubi applicantur, ſenſationem ingratam excitant, ut armoracia cet. linguae impoſita; 3. quae ſenſationem vel non ingratam vel prorſus nullam excitant, ut ſapida et olida, vomitoria, purgantia multaque alia medicamenta, materiae multorum morborum, venena varia. Inde patet, omnia gradu tantum differre, eorumque efficacitatem ita imminui poſſe, ut tandem plane ceſſet; item, acrimoniae effectum gradu tantum a ſolutione differre, ideoque ſuo modo applicanda eſſe, quae de hac ſuperius dicta ſunt: nimirum nullam exiſtere poſſe acrimoniam activam ſine contactu indeque acquiſita quadam celeritate in interſtitia et poros partium ſolidarum penetrandi easque disiungendi, acrimoniamque ſub eadem celeritate ratione maſſae ſubſtantiae acris maiorem vel minorem futuram. Ex hac ſolutionis theoria phaenomena irritationis in variis corporis humani partibus explicantur:

p. 459. cur v. c. vinum antimonii tantum in ventriculum, euphorbii pulvis in membranam pituitariam, fumus et caparum armoraciaeque halitus in oculos agant. Acrimonia igitur ſanguini admiſta ibi maxime efficax eſt, ubi exactiſſime per ſecretos ibi humores ſolubilis v. c.

p. 462. mercurius in viis ſalivalibus, ſal in urina et lacrymis. Inde acrimonia, in ſanguine non ſolubilis, ratione cordis et fibrarum, per quas ſanguis movetur, prorſus

p. 465. iners eſſe poteſt, licet in humoribus ſecretis admodum efficax, v. c. varia purgantia, diuretica, ſialagoga aliaque

aliaque remedia, materia ſcorbutica et venerea; vel magis minusve activa, ut medicamenta plus minusque motum ſanguinis augentia, materia peſtis, variolarum, febris hectica; vel hoc illove loco ſecernenda, v. c. materia peſtis, morbillorum, purpurae cet. Illuſtratio ante dictorum exemplo antimonii praeparatorumque ipſius. p. 473.

VII. *De commodis ſitus declivioris in lecto pro phthiſicis* (ex litteris 1766); iis nempe, in quibus vomica ſuperiora verſus rupta eſt, quo nimirum puris exitus, ſine quo curationi nullus locus, adiuvetur. Quum autem aegri ſitum elatiorem ad facilitandam reſpirationem minuendamque tuſſim prae reliquis appetant, in eius mutatione per gradus demum procedendum eſſe ſedulo monetur, quo ſenſim eidem aſſueſcant; eo etiam progreſſi, ut horizontaliter decumbere poſſint, tamen mane et veſperi per aliquod tempus pectore declivi cubent, quo pulmo, quantum fieri poſſit, pure liberetur. Idem quoque de latere eo valet, quo decubitus ferri nequit: aſſuefaciendi ſunt aegri, ut eidem incumbant. Exemplum curationis ſola hac mutatione decubitus praeſtitae. Eam tamen effectu carituram, ubi vomica iam in ulcus abiit, aut nimis profunde haeret, aut plures ſucceſſive rumpuntur, aut peculiaris ſimul acrimonia ſubeſt. Uſus vomitoriorum ſingulo mane exhibitorum itidem ab evacuatione puris repetendus. p. 489. p. 498.

VIII. *De operatione ad caput poſt verſionem ſolvendum* (ex litteris 1775). Infans ad caput uſque natus, facie oſſi ſacro obverſa, quantum fieri poteſt deorſum trahendus, poſtea digiti duo anteriores manus ſiniſtrae quam alte fieri poteſt in inteſtinum rectum immittendi et infans urgendus, ſimul vero digiti dextrae manus divaricati humeris imponendi; tunc infante leniter ab adſtante attracto collum deorſum premendum, qua ratione caput invertitur partusque feliciter finitur. p. 503.

p. 511. IX. *De nova methodo ſecandi calculum* (praelectio habita in collegio medico Monaſterienſi 26. Octbr. 1779). Suadetur inciſio in inteſtino recto pone eum ſphincterem ope cultri occulti digitis aliquot manus ſiniſtrae comitantibus ita in inteſtinum inferendi, ut apex ipſius calculo inſideat, vulnere pro rei conditione maiore vel minore efficiendo. Utrum operatio melius expanſa, an evacuata veſica, peragenda item quando ſectio ſuper ductorem canaliculatum fiat, experientiae committendum. Egreſſum calculi, faciliorem quam in ſectione perinaei, adiutum iri per contractionem veſicae ob irritationem eius a vulnere inflicto, aut urgendo abdomen ſicut in excretione faecum induratarum, aut faſciis abdomini circumductis, inteſtino recto duobus digitis diducto, et preſſione manus ſuper oſſa pubis aut forcipe loco digitorum in anum immiſſo. Rarius etiam hoc modo fiſtulam orituram, aut ſi quando id contigerit, melius ſanationem admiſſuram.

p. 519. X. *De repoſitione humeri luxati* (1781). Si v. c. humerus dexter luxatus fuerit, duae faſciae ſeſquimanum latae circa ſummitatem humeri aegri ducantur et altera antrorſum verſus pectus, altera verſus dorſum convolventur, finesque omnes in latere ſiniſtro profundius quam brachium ſiniſtrum colligantur, in certa a corpore diſtantia in nodum coniungantur et loco cuidam immobili affigantur. Tunc tertia faſcia ſupra cubitum lateris affecti applicetur ad extenſionem praeſtandam. Chirurgus repoſitionem facturus in panno, extremis nodo firmiter, connexis de collo ipſius pendente, humerum reponendum inter ipſius femora tranſeuntem proxime ad articulationem ita collocet, ut ſurgendo humerum prope articulationem elevet. Sufficienter nunc extenſo humero ipſe brachium ſummitati humeri aegroti imponat, pannoque collo appenſo humerum luxatum in directione luxationi oppoſita ſurſum trahat et

et reponat. Hac methodo luxatus ante octo circiter hebdomadas humerus feliciter repoſitus fuit. Ad eam tamen in ſubiectis robuſtis aut luxationibus iam p. 524.
protractis facilitandam loco panni collo appenſi baculus firmior ſecundum longitudinem ſuper os luxatum in directione luxationi oppoſita collocetur et quam proxime fieri poteſt ſummitati humeri vel capiti oſſis luxati ope panni alligetur; tunc ſummitati humeri panni aliquot gradati, hisque aſſerculus luxationi exacte oppoſitus imponantur; huic tamquam hypomochlio vectis homodromi alter finis baculi imponitur; extenſione facta chirurgus cubitum aegri apprehendat firmumque teneat, baculumque dextra levet, qua ratione pannus et os luxatum ſurſum trahuntur, aſſerculusque et ſummitas humeri deorſum premuntur, repoſitioque perficitur.

I. *Tractatus de opio* (1765). In ſectionibus tri- P. III.
bus prioribus leges motus generales; motus ſanguinis, p. 1.
vires hunc moventes et reſiſtentia iis oppoſita, contractio vaſorum ſanguiferorum minimorum et cutaneorum; vires vitales fibrarum (quas generatim Cl. Auctor muſculares dicit), earumque ſenſibilitas. Vaſa minima aeque ac maiora, acri quodam ſtimulo ir- p. 37.
ritata, maiori vi in contractionem ſui niti, docet pallor eorum, qui ſomno per unam alteramve noctem caruerunt, a retenta materia perſpirabili vaſa cutanea irritante, pallor venereorum et cacochymicorum, et flavus febricitantium color a materia febrili et ſuppreſſa perſpiratione ſpaſmum in vaſis cutaneis producente; unde patet his contractilitatem p. 40.
et irritabilitatem maiorem eſſe quam cordi. Geneſis febrium inde declarata: materia febrili magis au- p. 42.
cta ſpasmus vaſorum minimorum increſcit, ſanguis ob auctam reſiſtentiam lentius movetur ideoque frigus gignitur, primo quidem in apicibus digito-

rum, in quibus vires motrices ſanguinis minus agunt; eadem vero materia febrilis perpetuo increſcens fibras cordis et arteriarum ſtimulando tandem effic. vt harum viribus perpetuo increſcentibus, reſiſtentia vaſorum minimorum in eodem gradu ſubſiſtente motus ſanguinis augeatur calorque producatur. Cauſſae caloris febrilis ſine inſigni praegreſſo frigore, intermiſſionis regularis cet. hic non tanguntur, et tantum febrium ſoporoſarum theoria ex iam adductis
p. 48. explicatur. Poſtmodum inde a ſectione quarta de
p. 55. opio diſſeritur, eiusque primarius effectus in vi ſentiendi debilitata, imo deleta, ponitur, ex quo re-
p. 60. qua omnia fluant. Vires vitales fibrarum muſcularium, cum ſenſibilitate earum coniunctae, ab opio eodem quo hae modo debilitantur, minus tamen
p. 64. cordis quam aliarum partium. Inde retardata per eodem actio primarum viarum, interdum neceſſaria, ubi motum canalis alimentaris nimis vividum refrenari oportet; vis opii adverſus ſpaſmos (tetani nulla mentione facta) et convulſiones, cauſſa ſive in fibris muſcularibus ſive in nervis ſive in cerebro poſita. Cautiones hic obſervandae. Uſus eius in parturientibus. Quatenus in vomitu, tuſſi, impedita reſpiratione conveniat. Vis opii in cor motumque ſanguinis *): vis contractilis vaſorum minimorum minor viribus vitalibus aliarum fibrarum muſcularium; illa ergo magis debilitata, reſiſtentia motui ſanguinis oppoſita magis quam vis iſta vitalis infringitur, eoque modo opium motum cordis, arteriarum et ſanguinis augere dici poteſt; contrarium fit, vaſis minimis ultra modum dilatatis nimiumque ſanguine
p. 108. continentibus. Utraque mutatio ex phaenomena

*) Vid. Diſſ. Cl. WIRTENSOHN in Cl. HOFMANNI opuſc. lat. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 297.

ab assumto opio in statu sanitatis et febre continenti explicata, ubi nempe, sanguine licet imminuto, pulsus brevi pristinum robur acquirit, aut febris a dolore excitatur et alitur, aut materia febrilis diaphoresi per opium excitanda evacuanda est, aut vires vitales universim iam multum fractae sunt, ut in febribus malignis et post morbos protractos (cuius rei triste exemplum Cl. Editor in praefatione adducit). Mors a nimia opii p. 120.
dosi: convulsiones eam praecedentes a sanguine ex vasis maioribus in minora ultra modum dilatata transgresso. Vis opii refrigerans vel calefaciens, itemque expansio ab eodem proficiscens, nonnisi effectus relativi. Effectus eius in haemorrhagiis: ubi ple- p. 129.
thora adest aut spasmus vasa minima constringit, eae aut provocantur aut iam praesentes augentur; contrarius effectus in statu contrario. Ad sistendas ta- p. 140.
men per opium haemorrhagias omnia vitanda, quae ullo modo corpus exaestuare possint; sufficienter etiam massa sanguinis imminuta sit oportet, praecipue in haemoptysi. Inutilitas opii in haemorrhagiis a laesione vasis maioris, ab acrimonia humorum, vel debilitate solidorum. Ad diiudicandum effectum p. 144.
opii in secretionibus considerandus gradus contractilitatis canalium evacuantium: nisi spasmus adsit, contractio vasorum minimorum generatim ab opio debilitatur; inde usus eius in sudoribus colliquativis, exemplo singulari in hectico confirmatus; diarrhoea sub- p. 148.
lata, debilitata actione glandularum intestinalium, ubi tamen simul augendae perspirationis cutaneae ratio habenda. Effectus opii diaphoreticus, vasis cu- p. 153.
taneis spastice affectis in morbillis, variolis, febribus intermittentibus (experimentis Pringlianis ad evincendam vim corticis peruviani antisepticam Ill. Auctorem nunc tantum non fidere, quantum cum p. 160.
haec scriberet, in subiuncta nota Cl. Editor monet). Effectus opii antispasmodicus in obstructione urinae

p. 170. et alvi, atque in hydrope. Vis eiuſdem antiſeptica non quidem neganda, nec tamen adhibenda, niſi ubi ob vires anodynas aliis remediis appoſitis addatur, aut ubi materia putrida per cutim eliminari poteſt, ut in febribus intermittentibus et variolis. Uſus
p. 174. eiuſdem in gangraena et ſphacelo plane reiiciendus (obſervationes Cl. POTT tunc nondum innotuerant); in morbis inflammatoriis nonniſi tunc, quum aut materia inflammationem excitans vel ſuſtentans removenda, ut in morbis a perſpiratione turbata, aut motus inflammationem augens debilitandus vel ſuppo-
p. 179. mendus eſt, v. c. in inflammatione inteſtinorum, cuius exemplum curatio herniae incarceratae enarrata praebet. Vis opii aphrodiſiaca a ſublato ſpaſmo et fluxum ſanguinis impediente. Effectus eiuſdem in
p. 188. cerebrum, ab expanſione vaſorum eiuſdem, ob horum debilitatem propriam viresque vitales ab illo magis adhuc infirmatas, ideoque maiore copia ſanguinis in ea recepta preſſionem maiorem in cerebrum
p. 196. eidem cedere neſcium, exſerente. Hilaritas a dosibus exiguis ob faciliorem redditum circuitum ſanguinis, a reliquis remediis tantum vires ſanguinis et arteriarum augentibus non exſpectanda; inde etiam ſomnus blandus, ſublata cauſſa eum impediente. Maioris quantitatis effectus a preſſione cerebri: perturbatio ſenſuum internorum et externorum, vertigo, motuum voluntariorum difficultas, ſomnus vel hoc denegato delirium; in gradu maiori temulentia, tandem motus ſanguinis retardatus, convulſiones, mors apoplectica; haec Cel. Editor in ſubiuncta nota ex relatione Cl. REINEGG *) illuſtrat.

p. 219. II. *Hiſtoria morbi pectoris raris ſymptomatibus ſtipati* cet. typis iam olim manda-

*) BLUMENBACHS *med. Bibl. B.* 2. *p.* 383 ff.

*), exceptis nominibus veris medicorum, qui in ea occurrunt, et epiſtola 16. iam primum ex manuſcripto Cl. Auctoris addita, nec tamen ad ipſius morbi, ſed potius ad litium ſuper ea motarum hiſtoriam pertinente. Comes a Plettenberg, viginti ſex annos natus, haemoptyſin ab aeſtuante corpore aliquoties paſſus, 21. Aug. 1765. febre continua pro catarrhali habita afficitur, dolore nullo lateris, ſed tuſſi vehementi ſputoque purulento nonnihil ſanguineo ſtipata, quae loco criſeos in lentam cum tuſſi, ſputo purulento, inſignique aſthmate tranſibat; medio ſept. ſputum ceſſabat, tuſſi ſicca per intervalla redeunte, aſthmate et febre lenta ſubſiſtentibus, cuius fons abdominalis putabatur. Die 6. Ianuarii anni ſequentis Cl. auctor aegrum prima vice vidit, loquela quidem libera, ſed reſpiratione brevi, pulſu accelerato, corpore emaciato, genis, praeſertim ſiniſtra, rubris ut in phthiſicis, urina ſedimentum purulentum deponente, appetitu et ſomno bono, ſiti modica, abdomine, quantum ex omnibus apparebat, libero; inſpiratione facili, ſed protinus ſubſequente tuſſi ſicca; motu corporis non ob defectum virium muſcularium, ſed ob impeditam reſpirationem, difficili; ex quo inſigni aſtmatis gradu concludebat, in utroque pectoris cavo pus eſſe, et quidem vomica adhuc incluſum, ob decubitum ſub quovis ſitu corporis aeque facilem

*) *Geſchichte einer mit ſeltenen Zufällen verknüpften Bruſtkrankheit, nebſt der miſslungenen Operation, und demjenigen, was ſich nach dem Tode bey der Oeffnung gefunden hat; wobey die Entſtehungsart der Krankheit, und die Erzeugung ihrer ſeltenen Zufälle aus mediciniſchen Gründen vor Augen gelegt wird. Herausgegeben von einem Verehrer der Wahrheit*, H. C. *Frankf. u. Leipz.* 1778. 8.

et tuſſim ſiccam, morbo pulmonum utpote doloris expertium praegreſſo. Signum praeterea nullum adderat, niſi quod aeger narraret, ſe ſenſationem quandam ſingularem per totum morbi decurſum, praeſertim ſi in lecto corpus inverteret, in latere ſiniſtro pectoris percepiſſe. Alteruter medicorum ordinariorum anevryſma adeſſe credebat, et ab hoc omnia morbi ſymptomata derivabat; neque poſtea mentem mutabat, ſed mutata in peius rerum facie ſuppurationem pulmonum anevryſmati ſuperveniſſe dicebat. Poſt octiduum circiter aeger eodem in loco, ubi ſolitum tamdiu perceperat, motum detegebat, quem poſtea aegro in aptum ſitum collocato Cl. Auctor digito admoto inter ſecundam et tertiam coſtam ſpuriam ad duarum manuum latarum diſtantiam a ſpina dorſi ſentiebat, reſpirationi exactiſſime reſpondentem, ac ſi regio iſta ſub inſpiratione liquido impleretur ideoque ſub exſpiratione retraheretur. Hoc non anevryſma, ſed vomicam eſſe, eamque cum pleura coalitam, certiſſime perſuaſum habebat. Convocatis igitur complurib[illegible] medicis operatio, cui te antea per lapidem cauſticum, quia a cultro abhorrebat aeger, eroſa, 26. Febr. inſtituebatur, ſed non niſi paucae guttae ſanguinis et loco puris aer egrediebantur; in vulnus ſpleniolum immittebatur, ad pollicis circiter longitudinem in cavum pectoris penetrans. Sub prima deligatione poſt 32 horas ſuſcepta pars haec ſolo pure, reliqua ſolo ſanguine plena inveniebatur; aere neque tunc neque poſtea percipiendo. Aeger precibus Cl. Auctoris obſurdeſcens non ſiniſtro, ſed dextro lateri perpetuo incumbebat; vulnusque ſibi relictum poſt octiduum ulcusque externum poſt quatuor hebdomadas ſanabatur; febris hectica interim increſcebat, et 30. Mart. ulcere paene clauſo particulae quaedam puris tenacis excreabantur; omnibus conſolidatis motus nullus ulterior

erior percipiebatur. Excretioni nunc continuae puris accedebat diarrhoea; decubitus perpetuus in latere dextro; tandem 30. Maii mors. In cadavere supino iacente dextrum latus pectoris insigniter eiatum. Abdominis contenta saniſſima. Pulmo siniſter paſſim pleurae debilius accretus; saccus vomicae in medio cum pleura, maximam partem sub costa secunda spuria, coalitus, ovi anserini magnitudine, ad dimidium plenus pure, excreto ratione coloris et consistentiae simillimo, quantitate vasculi pro cereviſia; cicatrix punctiurae lineam circiter supra saccum; pulmonis-pars inferior rubra et inflammata, superior sana. In latere dextro empyema mensura quatuor vasculorum maiorum pro cereviſia; pus tenue, cui paſſim craſſiores particulae innatabant, aeque ac illud in latere siniſtro inodorum; pulmo pugni magnitudine; bronchia in utroque pulmone pure plena; tubercula nuſquam; cor saniſſimum. Explicatio phaenomenorum huius morbi eorumque, quae per sectionem patuerunt, quoad primaria momenta hic tradenda, sed solide diiudicata alibi, quorsum iure meritoque, quorum interest scire, ablegamus *). Lanceola vere vomicam tetigit, sed leviſſime tantum, et decubitus aegri in latus oppositum consolitationi vulnuſculi nimis savit, quam ut idem suppurare rite potuiſſet, praeſertim adverſantibus medicis reliquis. Aer non ex cavitate pectoris, sed ex pulmone egrediebatur, neque igitur aegrotum levare, neque subsequentibus deligationibus inducta iam cicatrice apparere rursus poterat. Ulcere externo clauso tactus nihil amplius detegebat, quia tunc vomicam ruptam esse eiectio puris docebat. Ad declarandam imminutam molem pulmonis

p. 294.

*) *Allgemeine deutſche Bibliothek*, *B.* 39. *p.* 326. *ff.*

dextri monet Cl. Auctor, non muſculos tantum, ſed omnes corporis partes tabeſcere, i. e. fibras earum ſtructura eſſentiali non mutata extenuari et gracileſcere, remotaque cauſſa priſtinum iterum volumen acquirere poſſe; hoc in pulmonibus ab empyemate comprimente fieri, ideoque dubium nullum eſſe, preſſione hac ſublata eorum priſtinam magnitudinem redituram, quod etiam exemplo militis confirmatur, cuius thoracem dextrum empyema adeo diſtenderat, ut ſub ſitu erecto hepar tumidum videretur; pure nitra tres libras emiſſo convaluit, et poſt tres menſes inflammatione ventriculi mortuus pulmonem dextrum totam cavitatem explentem obtulit. Cur pus in empyemate tenue, in vomica ſpiſſum, in neutro putridum? ab impedita reſorptione fluidi perſpirabilis, ut in hydrope in reliquis cavitatibus internis ob huius lentorem auctum; idem pus ſolvebat et aquoſum reddebat; paracenteſi thoracis inſtituta pus tenue aquoſum empyema, ſpiſſum vomicam adfuiſſe declarat. Putredo in humoribus arcetur perpetua reſorptione earum particularum, quae ad eamdem quam maxime proclives ſunt, aeque ac in aſcite, adducto exemplo huius morbi, in quo poſt quatuor annos aquae eductae ſunt putredinis omnis expertes. Generationem puris omnia vulnera, eiuſdem reſorptionem variolarum inoculatio, effectus purgans hellebori albi fonticulo immiſſi, vomitus a filo per femur traiecto, oleo tabaci impraegnato, probant. Cautelae in evacuatione puris, ne ſanguis vehementius in pulmones irruens reliquo corpori nimis ſubito ſubtrahatur aut illos iuſto celerius expandat. Praeter conſueta remedia ſuadetur applicatio faſciae circa abdomen, cuius ope huius viſcera verſus diaphragma urgeantur. Eadem faſcia tentanda in ſuffocatis et ſubmerſis, alternis vicibus adſtringenda et relaxanda; facile tamen patet, neque hoc neque aliis

auxi-

auxiliis aliquid effectum iri, si apoplexia mortem induxerit. Empyema in thorace dextro aegri ex vomica, quam eodem cum vomica thoracis sinistri tempore disruptam esse probabile, licet vomica pulmonis dextri in cadaveris sectione disquisita non fuerit; copia puris, mensuram civilem superans, non miranda, si assumamus, quotidie tantum unciam eiusdam in cavum pectoris effusam esse. Vanus metus, pulmonum vulnera ob perpetuum huius visceris motum difficilius curationem admittere. Discussio quaestionis, num aeger certissime servari potuisset, si omnia, quae cognitio mali suggerere poterat, adhibita fuissent auxilia, tamen anceps.

III. *De paroxysmis febrium* (1771). Caussa sudoris nocturni phthisicorum, et quare ille nonnisi morbo iam provecto accedat: particulae sanguinis in putredinem pronae noctu magis quam interdiu ex sanguine secernuntur et per cutim eliminantur, aeque ac in statu sano; quo magis autem successu temporis pus in pulmonibus augetur, eo copiosior etiam haec secretio. Febris quotidiana hectica ingenti suppurationi femoris superveniens, cortice peruviano frustra dato, balneis ex saturato sabinae decocti, cuius iam ante vires cognoverat Cl. Auctor *), curata. Ad hanc febrem generandam requiritur, ut pus ad certam quantitatem auctum sit, et sufficiens copia partium corruptarum ex eodem quotidie in sanguinem transeat, unde ab irritatione per eas inducta contractio vasorum cutaneorum perspirationem impediens, ex hac resistentia motui sanguinis opposita, inde frigus; postea perpetuo auctae in sanguine particulae puris tandem motum maiorem cordis efficiunt, motuque sanguinis inde aucto calorem, eousque siccum, donec

p. 365.
p. 374.
p. 383.
p. 392.
p. 408.

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXV. p. 437.

p. 410. nec continuata irritatione contractio vaſorum minimorum ſanguiferorum ac deinde cutaneorum vincetur, ac denique particulae corruptae per haec expellantur. Applicatio huius theoriae ad febrem intermittentem ſoporoſam uſumque opii in eadem, ſubiunctis aliquot memoratu digniſſimis exemplis *). Pro-

p. 415.

p. 426 quantitate particularum puris in ſanguinem regreſſarum et vel ſub finem paroxyſmi prorſus evacuatarum vel partim relictarum paroxyſmus vel alterus vel ſingulis diebus et quidem ſtata hora (nam tempus quoddam requiritur, antequam putredinis initia ſe monſtrent; numquam ante 12 horas) recurrit.

p. 432. In febribus communibus intermittentibus idem ſingulus paroxyſmi decurſus; eo finito perſpiratio et halitus proratione ſubiectorum plus minus foetent, in qua materia foetente cauſſa materialis harum febrium ponenda eſt, nullo alio modo inter ſe diverſarum quam ratione typorum ideoque temporis ad generationem materiae febrilis requiſiti, eodemque remedio, nimirum cortice peruviano, curandarum. Ulteriorem tractatum de febribus intermittentibus et meſentericis iam elaboratum ultimaque tantum lima indigentem in poſterum forte exhibebit Cl. Auctor.

p. 437.

p. 439. IV. *Sermo de utilitate a re medica rite conſtituta in rem publicam redundante* (praelectus menſe Iul. 1777. Hofgeiſmariae ſub receptione in ſocietatem Haſſiacam antiquitatum **)). Brevis adumbratio rei medicae temporibus antiquis, et comparatio eius cum hodierna ratione eorum morborum, quorum curatio apud veteres vel impoſſibilis erat vel difficillima; hono-

*) Vid. etiam eorund. Vol. XXXII. p. 298.

**) C. L. HOFFMANNS *Rede von dem Nutzen, den ein gehörig eingerichtetes mediciniſches Fach in einem Staate ſtiften kann. Göttingen* 1777. 4.

honores medicis olim et hodienum tributi; usus medicinae in conservanda sanitate civium, exemplo recentissimae tunc epidemiae varioloſae Cassellis grassantis. Cl. Editor hinc inde ex recentioribus scriptis additamenta quaedam subiunxit.

XVI.

Prodromo di fisica vegetabile di ANDREA COMPARETTI P. P. P. nell' universtità di Padova. *Versamur plane adhuc in atriis Naturae, neque ad interiora paramus aditum.* Bac. de Ver. N. O. Lib. II. Aph. VII. In Padova MDCCXCI. Nella Stamp. Conzatti a S. Bortolamio, con licenza de' Superiori. 8. pagg. LXXII.

i. e.

Prodromus physicae vegetabilium. Auctore ANDREA COMPARETTI, professore in universitate literarum Patavina.

Anatomia insectorum vermiumque clarissimum COMPARETTI ad plantarum partes accuratius rimandas praeparavit. Horum laborum aliquem fructum in prodromo physicae vegetabilium, cuius hoc loco damus recensionem, cum botanices subtilioris cultoribus communicat. Primum agitur de epidermide.

Contexta est epidermis (examinavit noster epi- p. 5.
dermidem ramorum extremorum ac tenerorum nonnullarum arborum, trunci ramorumque fruticum multorum, caulis, pedunculi, foliorum, calycis, corollae, staminum, pistillorum, pericarpii, receptaculi variarum plantarum) e filis retis ad instar, cuius areae non sunt rhomboidales, sed hexagonae lateribus

bus longitudine inaequalibus, cum verticalia ſ. lateralia ſecundum folii longitudinem obliquis et horizontalibus maiora eſſe ſoleant. Fila illa vera ac genuina ſunt vaſcula, directione ſerpentina ita diſtributa et connexa, ut areas diverſae magnitudinis, ſed figurae ſimilis efforment. In iſtis areis deterit auctor puncta maculasque nunc lucidas, nunc obſcuras, quas cum ab initio pro fragmentis partium internarum habuiſſet, earum naturam indolemque mox melius intellexit. Sunt hae maculae in diverſis plantarum ſpeciebus formae variae, cylindricae, ellipticae, rotundae, variis intervallis a ſe invicem remotae, nunc frequentiores, nunc rariores. Quaelibet macula ſecundum foliorum longitudinem foramine exiguo pertuſa eſt, quod oblique ſurſum aperitur. Si auctor folia recentiſſima, inprimis quibus ſuccus eſſet viſcidus, examinaret, in maculis ſaepiſſime reperit bullas aëreo-aquoſas, quae nunc in parte maculae inferiore, nunc in media, nunc in poſteriore haerent, adeoque maculas vario modo inflarent pellu-
p. 9. cidasque redderent. E comparatione harum maculārum cum ſtigmatibus raris ſpuriisque, quae noſter in cute multorum inſectorum vermiumque obſervavit, concludit, eas pariter pro ſtigmatibus genuinis ac
p. 8. ſpuriis habendas eſſe. Apparet igitur, clariſſ. SAUSSURIUM iure ſuo foliorum epidermidi organicam quandam conformationem adſcripſiſſe, etſi neque retis ſpeciem neque glandularum ſ. ſtigmatum ſtructuram deſcripſerit.

p. 9. Sub epidermide videas laminam vaſculoſam, opacam, craſſiorem, diverſae denſitatis variique coloris, in nonnullis plantis albidam, in aliis ſubflavam, in aliis ſubrubicundam, denique in petalis corollarum varie coloratam.

p. 11. Sequitur parenchyma ſ. contextus celluloſus. Hunc cum noſter in plantis ſuccoſis diligenter examinaret,

minaret, vidit esse compositum e vasculis subtilissimis granulisque glandularibus substantia viridi ac glutinosa involutis. Apparent ibi vesiculae a bullis aëreo-aquosis oriundae, quae ubi natae sunt, in areis inter fila sese invicem decussantia varieque contexta intercipiuntur.

Parenchyma versus interiores partes adque late p. 17.
ra varie progrediens in ipsum systema vasorum plane desinit, quorum externa, eaque subtiliora, molliora succique pleniora, circumiecta sunt internis magis fibrosis, crassioribus, utque videtur, aut vacuis, aut aëre plenis. Tum illa, tum haec coacervata ac dispositа sunt in fasciculos diversae crassitiei atque figurae, eiusdemque generis vasis non omnibus eadem est diameter. Illa cum parenchymate libri substantiam efformant; ex amborum coniunctione lignum exoritur. De hoc systemate vasculari auctor inprimis diligenter disputat.

Medulla in universum habetur pro substantiap. 37.
cellulosa, minus succosa, magis albida atque leviori. Quod si eam in multis plantis diligenti examini subieceris, non in omnibus eandem, sed admodum variam reperies. Discrimina haec partis medullaris, quae nostro contigit variis in vegetabilibus diversisque eorum partibus detegere, enumerantur.

In radice plantarum clarissimus auctor structu- p. 43.
ram partium organicam structurae trunci ramorumque similem reperit.

De partibus plantarum extra prominentibus du- p. 54.
ris mollibusque, h. e. spinis, pilis villisque in variis vegetabilium partibus.

Multa auctor experimenta instituit, ut disceret, p. 59.
quaenam plantarum partes atramentum attraherent imbiberentque, et ad quam altitudinem atramentum in plantis ascenderet, si caules, rami, folia, flores, radices huic pigmento per varium temporis spatium immer-

immergerentur. Quorum experimentorum eventu, hic diligentiſſime enarratur.

p. 64. Docet iam clar. COMPARETTI, quid quantumque huiusmodi obſervationes de vegetabilibus anatomicae experimentaque ad phyſiologiam plantarum illuſtrandam conferant. Varia admiſcet, quae phyſicae vegetabilium lucem haud contemnendam ad-
p. 69. fundant. Arbitratur, vegetationis negotium ab aëris impuri atmoſphaerici cum materia lucis connubio
p. 70. dependere, cumque SENEBIERIO ſumit, gas acidum carbonicum per lucis actionem in foliis in aëre oxygenatum azoticumque diſſolvi.

Ex breviſſima, quam dare licuit, contentorum huius libelli enumeratione (fuſam enim eorum recenſionem molienti totus libellus deſcribendus foret) ſatis ſuperque apparere confidimus, quanti ad phyſiologiam plantarum momenti hic phyſicae vegetabilium prodromus ſit. Optamus, optabuntque nobiscum, quotquot botanices ſubtilioris ſtudio delectantur, ut clariſſ. COMPARETTI naturae in regno vegetabili myſteriis rimandis porro incumbat, fructusque laborum ſuorum orbi erudito impertire non gravetur.

XVII.

Technologiſche Bemerkungen auf einer Reiſe durch Holland, von FRIEDRICH AUGUST ALEXANDER EVERSMANN, *Königl. Preuß. Bergrath und Fabrikencommiſſarius der Grafſchaft Mark. Mit 10 Kupfern. Freyberg und Annaberg, in Verlage der Craziſchen Buchhandlung.* 1792. 8. *pagg.* 236.

i. e.

Obſervationes technologicae in itinere per Belgium *) factae. Auctore FRIDERICO AUGUSTO ALEXANDRO EVERSMANN, regi Boruſſiae a conſiliis in rebus montaniſticis et commiſſario fabricarum comitatus Marchiae. Cum decem tabb. aen.

Cum in hoc opere bonae frugis pleniſſimo varia inſint, quae ſcire mineralogorum ac chemicorum intereſt, ſuccinctam eorum recenſionem lectoribus noſtris haud ingratam fore ſperamus.

Initio ſtrata corticis telluris inter Emmericum et Amſtelodamum deſcribuntur. p. 1.

De ſocietatibus oeconomicis (*oekonomiſche Takten*) in Belgio, inprimis Amſtelodamenſi, earumque legibus et conſilio. p. 9.

De pigmento caeruleo ſ. ſmalto modoque, quo in Belgio corrigitur inque varias formas diſpeſcitur. Res videtur (nam omnis operatio diligenter occultatur) in eo verſari, ut ſmaltum in ſubtilem redigatur pulverem, variaeque tum huius pigmenti ſpecies certis proportionibus commiſceantur. Etiam nonnihil pigmenti Indici ſmalto additur. p. 16.

De oleis, quae Amſtelodami parantur. p. 20.

De camphorae Amſtelodami purgatione. p. 22.

De cinnabaris Amſtelodami ac prope hanc urbem praeparatione. p. 25.

De mercurii ſublimati corroſivi ac dulcis Amſtelodami praeparatione. p. 32.

De ceruſſae albae praeparatione Sardamenſi. p. 34.

De

*) Hoc iter E. anno 1783. inſtituit, id quod ex iis colligas, quae p. 65. leguntur.

p. 38. De adamantum mercatura, iisque diffidendis, poliendis.
p. 51. Officinae Amſtelodamenſes, in quibus tormenta etc. ferrea funduntur.
p. 54. Obiter de BRANDII, mercatoris Amſtelodamenſis, collectione rerum naturalium ditiſſima.
p. 65. De ſpiritus frumenti deſtillatione Weeſpii, oppidulo prope Amſtelodamum.
p. 79. Breviter de rerum naturalium collectione ſocietatis ſcientiarum Harlemenſis.
p. 87. De ſocietate oeconomica Harlemenſi, a ſocietate ſcientiarum oriunda.
p. 89. De linteorum dealbatione Harlemenſi fuſe diligenterque agitur.
p. 130. De ſocietatibus eruditis Lugduni Batavorum.
p. 131. De ſalis culinaris excoctione Alcmari, Harlemi et Lugduni.
p. 138. De vaſis fictilibus etc. Goudenſibus.
p. 148. De laterum coctione ad Goudam.
p. 173. De caleis e teſtis animalium marinorum uſtione.
p. 188. De muſeo principis Arauſionenſis Hagae comitum.
p. 192. De tormentorum fuſione Hagae comitum.
p. 209. De ſacchari ſaturni et aquae fortis praeparatione Roterodami.
p. 216. Obiter de inſtrumento viae navis menſurandae, quod Helvoetsluyſii adſervatur.

XVIII.

Pellagrae morbi inter Inſubriae Auſtriacae agricolas graſſantis pathologia; Commentatio, qua ad orationem ſolemnem ex recens ſuſcepto profeſſoris pathologiae et chirurgiae ordinarii vicarii munere publice recitandam humaniſſime

niſſime invitat SALOMO CONSTANTINUS TITIUS, Phil. et Medic. Doct. Societ. Oecon. Elect. Saxon. Sodalis. Vitebergae 1792. 4. plag. 4. — (Proſtat quoque Lipſiae ap. Chriſt. Gottl. Hertel.)

Repetitis iam vicibus morbi huius plane ſingularis, in Mediolanenſi ducatu endemici, mentio in hisce Commentariis *) facta eſt, ut ea ſolummodo, quae huic libello propria ſunt, hic exponendi nobis incumbat officium. Sub itinere litterario Auct. Cl. in Archigymnaſio Ticinenſi aeque ac Noſocomio Mediolanenſi occaſio fuit oblata, plenius hunc morbum cognoſcendi, atque tractandi. In quo ipſo ſtudio duces Ticini praeceptorem FRANKIUM, Mediolani STRAMBIUM ſecutus eſt, ſcriptores porro, qui de hoc malo retulerunt, diligenter evolvit, varie denique ex propria obſervatione adiecit. Novum ipſi non videtur malum, ſed inveteratum, quod a ſeculo inde vel minori gradu, atque ſymptomatum levitate, vel minori cauſſarum vi atque frequentia, per clandeſtinum inceſſum, medicos deluſit. Comprobat p. 5. hanc opinionem ex hiſtoria morbi, eiusdem progreſſu, atque augmento, excitando ſimul ſcriptores, qui de eodem huc uſque ſcripſerunt. Refert huc praeter Mediolanenſes, b. FRAPOLLI, b. ZANETTI, GHERARDINI, ALBERA, STRAMBIO, IANSEN, VIDEMAR, Venetos quoque, qui malum in terris Paduanis obvium vel ſcorbuti montani, vel leprae Arabum nomine, deſcripſerunt, ut b. ODOARDI, FANZAGO, DALLA BONA, SOLER, SARTAGO. Utrumque enim, quem

 vidit,

*) IANSEN de Pelagra etc. Düſſeldorp. 1788. 8. et STRAMBIO in Giornale p. fervire alla ſtoria etc. To. IV. p. 334. cf. Comm. Vol. 33. p. 71. ff.

vidit, unum eundemque habet morbum, iuſtis inniſus
p. 7. argumentis. Diagnoſis decurſum atque ſymptomata tum conſtantiora, tum accidentalia enarrat. Tria conſtituuntur ſtadia, initium morbi, ſymptomatibus leviоribus intermittentibus incedit; progreſſu vehementiora, remittentia evadunt, tandemque malo abſoluto continuant ſemper, vitaeque finem mox febris nervoſa, mox hydropes, moy phthiſes imponunt. Symptomata praecipua in affectione cutanea, eryſipelatoſa, debilitate totius corporis, doloribus capitis et ſpinae dorſi, ſpasmis, vertiginibus, deliriis acutis, chronicis, ſingulari vultus immutatione, triſtitia, torva viſu cernuntur. Frequentiores complicationes ſunt febris nervoſa, ſcorbutica ſigna, inprimis in terra Paduanis, obſtructiones viſcerum, viſus et gustus depravatus; rariores inflammationes et vitia cutanea.
p. 13. Aetiologia propiores et remotas cauſſas tractat. Hereditariam quandam praedispoſitionem ſtatuit Auct. quibusdam inhaerens obſervationibus; longe plures vero eorum exempla, qui primi morbum in gentem introducunt. Aliae tamen adhuc ſubſunt cauſſae, quae morbo olim gignendo, nunc propagando favent. Vivendi ratio, aëris coelique conditio, aliaque nimis ſunt generalia, et in pluribus locis, ubi pellagra regnat, ſaepe contraria obſervantur. Aditus potius morbo paratur per inſignem debilitatem, ex ſtatu agricolarum iſtis in locis deplorabili, et extrema hominum miſeria derivandam, quam ipſam hic exactuis deſcriptam legimus. Iure ergo miſeriae morbus appellari poteſt. Infeſtat enim ſolos ruricolas, praecipue viribus exhauſtos, penuria increſcente latius ſerpit, poſt perpeſſos morbos ſaepe prima vice apparet, mulieres, imbecilliores facilius succumbunt. Suſpicionem movet Auct. de contagioſa morbi natura, et ad hocce venenum tum argumentis tum obſervationibus medicos attentos reddere ſtu-

duit

duit. Insolationem, quam nonnulli ut proximam
causſam venditarunt, ad occasionales refert. Divi- p. 21.
ditur commode morbus secundum varia stadia, in le-
viorem, graviorem, fortissimum. SOLERUS in terris
Paduanis pro regionum diversitate, siccam atque hu-
midam admittit; Auct. cum in Mediolanensi provin-
cia siccam inprimis viderit, iudicium hic suspendit.
Prognosis pessima, cum remedium tollendo huic di- p. 22.
ro malo nondum innotuerit. Fuerunt, qui causſas
morbo alendo aptas vitando, ulterius morbi incre-
mentum effugerant. Sub finem denique tractatio- p. 24.
nis quaestio de morbi natura eruitur, quam aliam alii
habuerunt. ODOARDI novam scorbuti speciem, al-
pinam, iudicat; VIDEMAR hypochondriacis affectio-
nibus accenset, et DALLA BONA veram elephantia-
sin Graecorum vel lepram Arabum in eodem se de-
prehendisse opinatus est. Singulam Auct. diligentio-
ri subiecit examini, omnisque disputatio eo redit, no-
men morbo aptissimum esse Erysipelas periodicum,
nervosum, chronicum. Impetigo pellagrosa verum
refert erysipelas mox simplex, mox phlyctaenodes;
apparatus symptomatum nervosorum, et febris ner-
vosa ipsam affectionem cutaneam strenue comitans,
non exiguam hic nervos partem agere probat.

XIX.

D. GEORGII RUDOLPHI BOEHMERI, Medic. Prof. Prim. Acad. Vitebergensis Senioris, Commentationes oeconomico-medico-botanicae, quarum prior de plantis segeti infestis, posterior de plantis auctoritate publica exstirpandis, et e foro proscribendis. Vitebergae et Servestae apud Sam. Godofr. Zimmermannum. 1792. 4. plag. 17.

Quas annis noviſſime praeterlapſis Auct. Cl. diſſer-
tationum atque programmatum academica-
rum forma in publicum emiſerat commentationes,
hic collectas conſpicimus. Laudandum vero hocce
Auct. conſilium, quo id effecit, ut exteris quoque
haec ex longiori botanices ſtudio deducta obſervata
p. 4. innoteſcant. Plantae ſegeti infeſtae Auct. ſunt, quae
invitis agricolis et hortulanis creſcunt, ubique in
agris erumpunt, nullum commodum, quin detri-
mentum inquilinis herbis afferunt. Aptior enim ipſi
videtur haec denominatio, quam nomina uſitatior
zizaniae, peſtis frugum, erraticarum et heterogene-
p. 9. rum plantarum. Enumerantur hic 74 plantae, hoc no-
mine accuſandae, quippe 63 annuae et 11 perennes.
Conſulto vero in hoc catalogo plantas, margines po-
tius, rariſſime ipſos agros occupantes, in hiſce terris
exulantes, umbelliferas, oleribus, vix ſegetibus ini-
p. 15. micas omiſit. Neque tamen omnis uſus his ipſis
denegari poteſt, quippe minus ſucculentae, parcio-
ri contentae ſunt nutrimento, luxuriam ſegetum hu-
mida praecipue tempeſtate cohibent, ſicca terrae ſu-
perficiem involvunt atque tegunt, iuniores, teneno-
res a frigore et calore defendunt; pabulum pecori-
bus vel ante vel poſt meſſem praebent, agnos red-
dunt foecundiores, quandoque medica vi inſtructae
p. 20. ſunt. Longe maiora vero afferunt detrimenta, ſuc-
cum nutritium attrahunt, ſegetum imminuunt aug-
mentum. Peculiaria damna ex radice, herba, cau-
le, ſeminibus illata, in ſequentibus fuſius exponun-
p. 23. tur. Strenue ergo de ipſis exſtirpandis cogitandum.
Duo in hunc finem recenſentur modi, vel ſemina ce-
realibus admiſta ſeparanda ſunt, vel impediendum,
ne progerminent. Ad ſemina rite purganda plurima
propoſuerunt inſtrumenta, quibus omnibus parum
efficitur, cum aëre, imbribus, ventis, illuvionibus,
animalibus iterum transferuntur. Ipſae potius plan-
tae

tae una cum radice, ut annuae, eradicandae, vel perennium radix aratione, inſtrumentis ſecantibus, vel corporibus rodentibus, calce, marga deſtruenda eſt. Parte ſpeciali tribus ſectionibus, de plantis, radice, herba, ſeminibus infeſtis agitur. De ſingulis praeter nomina ſyſtematica et provincialia, character botanicus, tempus florendi diligenter exponuntur, adjectis frequenter obſervationibus philologicis, oeconomicis, medicis. Radices vel annuae, vel perennes, vel repentes. Radicum annuarum plantae nocent inprimis, cum bis per annum florent, fibras radicales plerumque horizontaliter, in modum radicum cerealium, decurrentes, dimittunt, humiliori habitu incrementum impediunt, poſt meſſem reſtant, vegetationem continuant, exigua denique virtute medica gaudent. Recenſentur 25 plantae huius generis. Veronica agreſtis, V. arvenſis, Valerianae locuſtae var. Olitoria, Holoſteum umbellatum, Scherardia arvenſis, Asperula arvenſis, Aphanes arvenſis, Myoſotis ſcorpioides arvenſis, Lithospermum arvenſe, Anagallis arvenſis, Scandix pecten Veneris, Polygonum aviculare, Scleranthus annuus, Spergula arvenſis, Ranunculus arvenſis, Lamium amplexicaule, Antirrhinum minus, A. arvenſe, Thlaſpi arvenſe, Th. burſa paſtoris, Geranium cicutarium, Trifolium arvenſe, Hyoſeris minima, Filago arvenſis, Viola tricolor. Maiora mala ab herbis radice repenti inſtructis, quae undiquaque excurrunt, novos caules protrudunt, copioſius alimentum conſumunt, timenda ſunt. Triplex harum hic conſtituitur ordo, aliae radice annua, aliae perenni gaudent, aliae tum radice tum caule ſimul nocent. Repentes in annuis radices rariores ſunt, inter ſegetes una modo planta, Oxalis corniculata occurrit; frequentiores ſunt in perennibus, fortiusque nocent. Praeterea enim, quod pabulum cerealibus auferunt, aratores, vix

p. 29.

p. 32.

p. 38.

plane deſtruendae vexant, diſſectae, exſiccatae, quin quaſi mortuae rurſus prodeunt. In hunc numerum referendae: Triticum repens, Ceraſtium arvenſe, Serratula arvenſis, Sonchus arvenſis, Rumex acetoſella, Equiſetum arvenſe, Convolvulus arvenſis, La-
p. 44. thyrus tuberoſus. Ex claſſe denique plantarum paraſiticarum et radice repente inſtructarum, Orobranche maior in hiſce quidem terris vix obvia, et regiones calidiores amans, exempli cauſſa nominatur. Auct. Cl. fuſius et erudite diſſenſum auctorum veterum de vera huius plantae natura compoſuit, et O. maiorem Veterum pro Cuſcuta recentiorum decla-
p. 51. rat. — Simili porro ratione plantae infeſtae ſunt ſegetibus per herbam, folia atque caulem. Hae quidem nox rectus, nox ramoſus, nox paraſiticus. Caules recti, ſucculenti, ramoſi multum rapiunt nutrimenti; lignoſi, craſſi meſſoribus moleſtias creant; molliores, difficulter exſiccantur, corrumpunt ſtramen et ſemina. Pertinent huc: Saponaria vaccaria, Papaver rhoeas, Delphinium conſolida, Nigella arvenſis, Galeopſis Ladanum, G. tetrahit, Stachys arvenſis, Myagrum ſativum, Eryſimum cheiranthoides, Braſſica campeſtris, Synapis arvenſis, Raphanus raphaniſtrum, Fumaria officinalis, Sonchus oleraceus, Carduus criſpus, Senecio vulgaris, Matricaria chamomilla, Anthemis arvenſis, A. cotu-
p. 61. la, Calendula arvenſis, Urtica urens. Caules plantarum volubiles, capreolis inſtructi, vel ſeſe invicem amplectuntur, vel culmos cerealium arripiunt, in faſciculos ligant, in terram deprimunt, vegetationem retardant, ad putredinem disponunt, exſiccationem poſt meſſem impediunt. Eadem ergo damna, quae pluvia copioſa creat, ab his fere timenda ſunt. Exempla ſunt: Galium Aparine, Polygonum convolvulus, Lathyrus Aphaea, Piſum arvenſe, Vicia
p. 64. cracca, V. ſativa, Ervum tetraſpermum. Caule paraſitico

raſitico Cuſcuta Europaea, nocet. Frequens enim inter ſegetes progerminans plantas erraticas iungit cum cerealibus, haec depaſcit, deprimit, ſuffocat, planeque perdit. — Plurimum denique quae- p. 67.
dam plantae ipſis ſeminibus infeſtae fiunt, triplici nempe via, aut ſemina ipſorum copioſe in agris relinquuntur, diu integra permanent, aut in horrea ſimul transportantur, frumenta depravant, aut vi venenata ipſa alimenta inficiunt. Semina quidem in agris derelicta, prius, quam cerealia progerminant, per plures annos integra et intacta in terra latitant, in vicinos agros tranſeunt, atque vix deſtrui poſſunt. Recenſentur ex hac claſſe: Avena fatua, Agroſtis ſpica venti, Chryſanthemum ſegetum. Maiorem p. 74.
attentionem illa merentur ſemina, quae cerealibus in horreis ſeſe admiſcent, frumenta mox minus nutrientia, mox ſuſpecta, mox venenata reddunt. Bromum arvenſem, et Centaurcam cyanus aliqui, ſed temere, accuſarunt, ut Auct. Cel. hic bene demonſtrat. Farinae color, ſapor atque virtus plurimum immutatur per plures plantas, quarum aliae ex hiſce regionibus exulant, ut Trifolium Melilotus, aliae frequentes occurrunt, ut Thlaspi burſa paſtoris, Trifolium arvenſe, Agroſtemma githago, Melampyrum arvenſe, Rhinanthus criſta galli, Bromus ſecalinus; atque omnium peſſima Lolium annuum ſive temulentum. — Altera Commentatio in plan- p. 101.
tis verſatur, non inter ſegetes ſolum, ſed ubique creſcentibus, atque vi venenata ſuſpectis. Veneni notio Auct. Doct. plane relativa eſt, omnesque plantas venenatas habet, quae vel homini, vel uni alterive animalium generi obſunt. Multa hic ad locum natalem, anni tempus, coeli ſiccitatem, atque animalium naturam redeunt. Omnes haſce plantas, ſi ſponte in agris creſcunt, exſtirpare, ſi in hortis, vel oblectamenti, vel virtutis cauſſa coluntur, cuſtodire,

ſi in foro venum exponuntur, ex eodem proſcribere
p. 104. ſuadet. Plantarum indigenarum, noxiarum, adeoque exſtirpandarum duplex eſt ordo, aliae annuae ſunt, aliae perennes. Ad illas reducendi Aethuſa Cynapium, Atropa Belladonna, Conium maculatum, Datura ſtramonium, Hyoſcyamus niger, Lolium temulentum, Rhinanthus criſta galli, Solanum nigrum, Thlaspi arvenſe; ad has vero Aliſma, plantago aquatica, Anemone pulſatilla, A. pratenſis, A. nemoroſa, A. ranunculoides, Caltha paluſtris, Carex acuta, Chaerophyllum ſylveſtre, Cicuta viroſa, Colchicum auctumnale, Daphne Mezereum, Droſera utrque, Equiſetum arvenſe, Evonymus europaeus, Euphorbiae plures ſpecies, Hydrocotyle vulgaris, Ledum paluſtre, Mercurialis perennis, Myoſotis ſcorpioides paluſtris, Oenanthe fiſtuloſa, Paris quadrifolia, Pedicularis paluſtris, Phellandrium aquati-
p. 110. cum, Ranunculi, Sium latifolium. Quae in hortis coluntur plantae noxiae, vel proprio includantur ſepimento, a quo ignari titulo: noli me tangere, retineri poſſunt, vel ſi exhalatione atque odore obſunt, diligentius ab hominum conſuetudine removendae ſunt. Ex priori claſſe adducuntur Aconiti ſpecies omnes, Actaea ſpicata et racemoſa, Angelica atropurpurea canadenſis, plures Contortarum ſpecies, Apocyna, Aſclepiades, Cynacha, Periplocae, Aquilegia vulgaris, Crithmus maritimus, Daphne Mezereum, Daturae ſpecies plures, Delphinii totum genus, Fritillaria corona imperialis, Iuniperus ſabina, Kalmia latifolia et anguſtifolia, Melia Azederach, Prunus Laurocerauſus, Solanum Lycopersicum, S. Melongena, Tagetes patula, Taxus baccata. Inter noſtrates nulla planta exhalationibus peſtiferis noxia, ſed inter Americanas ad nos translatas quaedam hanc virtutem fatalem retinuerunt, ut Rhus vernix,
p. 119. Rh. radicans, et Rh. Toxicodendrum. E foro denique

nique proſcribendae ſunt radices, herbae, ſemina, quae ſanitati fiunt periculoſa. Sollicite ergo disquirantur a peritis, medicis publicis, frumenta, olera, fructus, ne mali quid ipſis admiſtum ſit. Detrimenta, quae ab eiusmodi noxiis vegetabilibus proficiſcuntur, populo innotescant, deſcriptiones, icones cura magiſtratus publice diſtribuendae ſunt, praemia denique proponantur, ut ad earum exſtirpationem quilibet incitetur.

XX.

Bemerkungen über einige chymiſche Gewerbe, vorgeleſen d. 9. Febr. 1791. in der phyſikaliſch-ökonomiſchen Geſellſchaft zu Heidelberg, von Dr. GEORG ADOLPH SUCCOW, *Hofrath und Prof. daſelbſt. Manheim bey Schwan und Götz. 1791. 2¼ Bogen in gr. 8.*

i. e.

D. GEORGII ADOLPHI SUCCOW — Obſervationes de quibusdam artibus chemicis, praelectae in Societate Heidelbergenſi etc.

Conſilium, quo Auct. Cl. egregie iam per chemiam ſuam oeconomicam atque technicam meritus, haec obſervata publici iuris fecit, proxime quidem cives ſuos, terrarum viniferarum incolas ſpectat; dignae tamen ſunt, quae tum ad diſciplinam chemicam amplificandam, tum eiusdem exercitium facilius reddendum, ulterius innoteſcant. 1) *De tartari depurati, et ſalis tartari praeparatione.* Sub conſueta illa tartarum crudum depurandi ratione, ſive terra argillacea cum Montispeſſulanenſibus, ſive cinere, ſubtiliter per cribrum agitato cum Venetis utaris, aliquanta ſemper acidi particula perit. Nec p. 5.

pulve-

pulveris carbonum ope, quem inſigni cum fructu ad acidum tartari eſſentiale conficiendum adhibemus, hic multa proficimus. Alcali enim vegetabile et terra calcarea, tartaro crudo inhaerens, quodammodo eiusdem actionem impedit. Maiori cum fructu Cl. S. uſus eſt lacte, quo poſt coagulationem lixivium lat clarum obtinuit, clarius vero per lactis cum pulvere carbonum combinationem. Hanc ergo viam, tum ſumtum, tum temporis commodo commendabilem praefert. Vaſis cupreis ſine damno ad inſpiſſationem, temere ad cryſtalliſationem utimur. Cryſtalli quidem, forma exacta et magnitudine placent, color vero et examen chemicum latentes particulas cupreas prodit. Neque ſtannum, quo vulgo obducuntur vaſa, ſatis tutum facile acidis ſolvitur. In iisdem denique laboratoriis ſal tartari, ſal Seignette, acidum tartari eſſentiale, et reliqua deſtillationis tartari ſiccae producta praeparari poſſunt. 2) *Viride aeris*, et 3) *Ceruſſa* praecipue in terris, ubi minerae cupri et plumbi tractantur, per ſiliquas uvarum expreſſas, fermentatasque, ſine ulla cum vino acido infuſione, commode parantur; ipſum vero cryſtalliſationis negotium aliis artificibus, qui in ſalibus cryſtalliſandis verſantur, relinquatur.

p. 14.

p. 16.

p. 19. 4) *Spiritus vini aduſti confectio.* Quaedam apparatum chemicum emendandi momenta. Ad vapores melius excipiendos, et fortius condenſandos alembicos conſuetis paullo ampliores, et vaſa refrigeratoria minoris diametri commendat. Multo quoque minori ſumtu ſiliquae uvarum expreſſarum, atque fermentationem vinoſam perpeſſarum, impendi poſſunt. Neque minus uſus ſeri lactis, loco aquae, ad frumentum ſubigendum ſuadendus eſt, quippe qua via duplicem ſpiritus vini quantitatem obtinemus, et reſiduum nutriendis animalibus melius inſervit. Per ſerum lactis, pars ſaccharina, fermentationi apta, haud dubie fortius ex frumento evolvitur.

p. 25. 5) Ad *olea*, aetheres

aetherea, quae mox voluptati, utilitati mox inſerviunt, maior iſtudio plantae indigenae adhiberi, atque cum ſpirituum abſtractitiorum confectione coniungi poſſent. Eadem valent de unguinoſis, quae magno cum commodo e plantis hoc praecipue conſilio cultis, vel etiam ex ſponte creſcentibus, ut ex Galeopſi tetrahit, extricantur. 6) *Dealbatio corporum naturalium ope* p. 27. *acidi ſalini dephlogiſticati*, aut aëre puro impraegnati, Qua quidem methodo plura obtineri commoda, experientia docuit. Vitantur enim additamenta noxia, ut calcis; ſumtibus in locandis agris, in quibus linteа ſoli exponuntur, parcimus, minus curamus caeli tempeſtates, labor omnis magno temporis commodo abſolvitur. Ex lixivio reſiduo ſal Glauberi poterit extricari, cuius confectio tutius in cryſtalliſationum laboratoria amandatur. Dubium, firmitatem linteorum hac via imminui, experientia refutavit. Eadem methodus de cera flava valet. 7) *Aluminis* atque *ſalis amari* p. 33. praeparatio commode combinanda, ſi lapides fiſſiles aluminoſi ſimul magneſiam continent. Cum utrumque ſal diverſa cryſtalliſationis momenta admittat, hac via optime poterit ſeparari. Difficilius a partibus ferreis purgantur, repetita cryſtalliſatione pars ochrae ſeiungitur; calx quoque huic fini reſponderet, ſed ſalis amari portio decomponitur.

XXI.

Handbuch der Chirurgie. Zum Leitfaden akademiſcher Vorleſungen entworfen von D. IOHANN DANIEL METZGER, *Sr. Königl. Maj. von Preußen Hofrath und Leibarzt; der Arzneywiſſenſchaft erſten Profeſſor zu Königsberg; etc. etc. Jena in in der akademiſchen Buchhandlung*, 1791. 8 *maj. pagg.*

pagg. 462. Dedicatio, praefatio et conſpectus capitum pagg. XVI.

i. e.

Enchiridion chirurgiae, in uſum praelectionum academicarum concinnatum, a IOHANNE DANIELE METZGER.

Per duodecim annos in elaborando hoc compendio verſatus eſt Ill. Auctor, quod aeque ſtudioſis medicinae ac iunioribus chirurgis caſtrenſibus inſerviret; theoreticum igitur tantum, ſed optimae praxi innixum; non nimis ſyſtematicum, ſed in quo tamen nexus ſingulorum doctrinae capitum non deſideretur. Quod quidem eximie, uti ſperari poterat, praeſtitum eſſe, ſuccincta contentorum enarratio docebit. Neque iam ea revocamus, quae alio loco*) de dictionis genere, quo utitur ill. Auctor in compendiis academicis, diximus. Ob nimium univerſae chirurgiae ambitum excluſit chirurgiam manualem ſive operationum ſpecialiorem conſiderationem, ſcſciarum applicationem, artem obſtetriciam, morbos oculorum et venereos. Auctores probatiſſimos ubique nominavit.

p. 1. *Introductio:* definitio, diviſio et hiſtoria chirurgiae (liberiore hinc inde iudicio de hac illave mutatione recentiore adiuncto). Requiſita ad chirurgiam. An chirurgia certior ſit medicina? dubium. An in utraque ſcientia quis una excellere poſſit? vix umquam.

p. 13. *Sectio I. Pyretologia generalis.* Cauſſa proxima febris ſtimulus viribus vivis corporis humani moleſtus.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIV. p. 619.

ſtus. Proprie febris nonniſi unica, quae quotidiana videatur: varia vero conditio ſtimuli febrilis, loci cui idem inhaeret, varia duratio et apparitio febrium cet. diverſitates febrium conſtituunt. Chirurgo inprimis cognitio febris topicae neceſſariae. Symptomata febrium: CULLENUM perperam debilitatem pro cauſſa proxima febrium habuiſſe. Mutationes febrium. Indicationes. p. 20.

Sectio II. Inflammatio. Cap. I. De inflammatione eiusque terminis. Inflammatio eſt affluxus maior ſanguinis ad ſingularem partem corporis, productus ab irritatis viribus vivis naturae, eo tendens, ut cauſſa irritans, quaecumque ea fuerit, removeatur; ſedes illius in contextu celluloſo tumefacto et vaſis ſanguiferis minoribus ſpaſtice affectis. Puris ortus veriſimilis ex humoribus ſtagnantibus ideoque ipſo ſanguine una cum vaſis eos continentibus; numquam ſine praegreſſa inflammatione. *Cap. II. de cauſſis determinantibus variorum terminorum inflammationis. Cap. III. de eryſipelate in ſpecie. Cap. IV. de abſceſſu. Cap. V. de gangraena.* Corticem peruvianum perperam in gangraena ſicca inefficacem haberi, quum in ea primum detecta fuerit eius efficacitas. *Cap. VI. de ambuſtis et frigore tactis.* p. 24. p. 32. p. 38. p. 40. p. 42. p. 46. p. 49. p. 50.

Sectio III. de laeſionibus a cauſſis externis. Cap. I. de vulneribus in genere. Sutura cruenta non prorſus carere poſſumus in gravioribus vulneribus colliſis. Vera regeneratio ſubſtantiae deperditae in oſſibus, non aeque in aliis partibus organicis poſſibilis. *Cap. II. de vulneribus caeſis et punctis. Cap. III. de haemorrhagia. Cap. IV. de ſymptomatibus nervoſis vulnerum. Cap. V. de vulneribus colliſis* et *Cap. VI. ſclopetorum.* Simpliciorem methodum medendi, praemiſſis ſanguinis miſſionibus, ſola fomentationum aromaticarum applicatione *), inventoris eiuſdem, p. 52. p. 61. p. 62. p. 63. p. 64. p. 68. p. 70. p. 71. p. 75.

Cl.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVII. p. 90.

Cl. DAVID, nomen commendat. Laeſiones a ſolo aere per transvolantem globum vehementius motocum Cl. LE VACHER et RICHTER *) in dubium vo-
p. 76. cantur. *Cap. VII. de vulneribus venenatis.* Tem-
p. 79. pus, per quod venenum a morſu rabidi canis in corpus ingeſtum iners in eo deliteſcit, ad 40 uſque dies aſſumitur. Num praeter morſum ſalivaeque contactum aliae dentur contagii viae, in ſuſpenſo relinqui-
p. 81. tur. *Cap. VIII. de contuſionibus.*
p. 84. *Sect. IV. Laeſiones ſingularum partium. Cap. I.*
p. 96. *de vulneribus capitis.* Inflammationis ſuppurationisque membranarum cerebri cauſſae nondum ſatis declaratae; neque lethalitas eius per ſectiones ſatis pa-
p. 97. tet. Inflammationes et abſceſſus hepatis laeſionibus ſupervenientes aut ex conſenſu, aut ex perverſa tra-
p. 99. dendi ratione. Reprobandum POTTII conſilium quibusvis calvae fracturis trepanum protinus admo-
p. 100. vendi. Num nimis temerarium foret, abſceſſum ce-
p. 101. rebri latentem incidere? quaerit Cl. Auctor. Ad diſcutiendam meningum inflammationem minus aptum
p. 102. BROMFIELDII conſilium diaphoreſin excitandi. *Cap.*
p. 104. *II. Vulnera faciei, Cap. III. colli, Cap. IV. pec-*
p. 106. *toris, Cap. V. abdominis* et *Cap. VI. extremitatum.*
p. 113. Utrum amputatio poſt vulnus ſclopetarium neceſ-
p. 120. ſaria protinus inſtitui, an ad inflammationis et ſuppu-
p. 123. rationis uſque initia differri debeat, experientia nondum evictum; theoria prius ſuadere videtur. In tota hac tractatione ubique ad lethalitatis diverſas ſpecies in medicina forenſi aſſumendas ſimul reſpexit Ill. Auctor.
p. 125. *Sect. V. de ulceribus et fiſtulis. Cap. I. de ulce-*
p. 127. *ribus in genere.* Caloris ſolaris aut artificialis in curandis ulceribus utilitas ulterioribus tentaminibus ad-

huc

*) Eorund. Vol. XVI. p. 8. Vol. XXVI. p. 74.

huc indiget. Diviſio ulcerum ſecundum eorum cauſ-
ſas et loca affecta; de priore in hac, de poſteriore
in ſequenti ſectione diſſeritur. *Cap. II. Vlcera a* p. 128.
cauſſa locali: 1. *calloſa* (optimum cauſticum lapis in p. 129.
fernalis); 2. *carioſa*; 3. *varicoſa*; 4. *verminoſa*; 5.
ſerpiginoſa; 6. *fungoſa*; 7. *putrida*; 8. *dolentia et in-
flammata*; 9. *verrucoſa ſeu affectus ficoſi*; 10. *in par-
tibus frigore tactis*; 11. *ficca*; 12. *gangraenoſa*. *Cap.* p. 132.
III. Fiſtulae in ſpecie. Cap. IV. Vlcera ab humoribus p. 135.
depravatis: 1. *gangraenoſum*; 2 *ſcorbuticum*; 3. *pha-
gedaenicum*; 4. *noma*; 5. *cancer fungoſus*, veriſimili-
ter meliceris CELSI; 6. *ulcus* ob cachecticum corpo-
ris habitum *nimis ſuppurans*; 7. *bilioſum* a neglecto
eryſipelate; 8. *oedematoſum* in hydropicis. *Cap. V.* p. 139.
Vlcera ab acrimonia ſpecifica: 1. *venerea* (ex remediis p. 141.
internis calomelas bene praeparatum reliquis omni-
bus praeferendum; inter externa mercurius praeci-
pitatus ruber); 2. *ſcrophuloſa*; 3. *carcinomatica*; 4.
rhachitica; 5. *rheumatica*, a quibus num *arthritica*
eſſentialiter differant, non dirimitur; 6. *varioloſa*;
7. *morbilloſa*. *Cap. VI. Vlcera ab evacuationibus ſup-* p. 143.
preſſis: 1. *a menſtruorum*, 2. *ab haemorrhoidum vi-
tiis*; 3. *a ſcabie repulſa*; 4. *ab urina ſuppreſſa*. Num
tranſpiratio ſuppreſſa ulcera producat, experientia
nondum ſatis evictum. *Cap. VII. Vlcera ex cauſſis* p. 145.
complicatis. Cap. VIII. Vlcera evacuantia: 1. *ſponte* p. 146.
nata, *chronica* (horum conſolidationem non ſemper
tutam eſſe, teſtimoniis fide digniſſimis confirmari);
2. *artificialia*.

Sectio VI. de ulceribus in ſpecie. Cap. I. Morbi p. 150.
cutanei ulceroſi. An acari cauſſa, an potius ſympto-
ma *ſcabiei* ſint, non dirimitur. *Cruſtae lacteae* cauſſa p. 152.
ſcrophuloſa dubia; licet etiam concedi poſſit, eam
magis ſalubrem eſſe quam noxiam, dolore tamen
pruriente moleſtias parit neque quicquam uſum ſpe-
cifici adeo innoxii vetat, quod viola tricolor praebet.

p. 153. *Herpetis* differentiae magis memoriae moleſtae quam vere utiles; origo et conditio eius obſcura adhuc; videtur morbus corporis mucoſi Malpighiani, lym-
p. 155. pham nutrientem eiuſdem depravans. *Cap. II. Fi-*
p. 157. *ſtula lacrymalis. Cap. III. Ozaena. Cap. IV. Vlcera*
p. 160. *ad malas* (fiſtulae gingivarum et ſalivales) *et aures.*
p. 162. Iniectiones per cellulas proceſſus maſtoidei nonnun-quam auditum reſtituiſſe. *Cap. V. Vlcera oris et*
faucium. Cap. VI. Vlcera et fiſtulae pectoris et ab-
p. 164. *dominis. Cap. VII. Fiſtulae ani*: ligatura nonniſi ae-
p. 170. gris cultrum metuentibus. *Cap. VIII. Fiſtulae uri-*
p. 171. *nae. Cap. IX. Vlcera extremitatum inferiorum.*
p. 172. *Sectio VII. de tumoribus*: *Cap. I. in genere, de*
que diverſitate eorum ratione indolis, materiae con-
p. 176. tentae, et loci. *Cap. II. Ophthalmia:* frequentiores
p. 180. eius ſpecies. *Cap. III. Tumores inflammatorii variarum*
partium capitis: 1. *Parotis*, praecipue metaſtaticocritica in febribus acutis, magis ad ſuppurationem, quam reſolutionem ducenda, ante perfectam maturitatem cauſtico, non ſcalpello aperienda; 2. *Parulis*; 3. *Angina*
p. 183. *Cap. IV. Tumores pectoris inflammatorii*; 1. *mammarum:* remedia externa numquam ſicca, ſed ſemper
p. 185. fluida applicanda; 2. *empyema. Cap. V. Tumores*
p. 190. *inflammatorii abdominis.* Cenſura GIRTANNERI ſuppurationem bubonum prorſus reiicientis. Bubonem perfecte maturum ſatis commode modica inciſione
p. 192. aperiri poſſe. *Cap. VI. Tumores inflammatorii geni-*
p. 193. *talium virilium.* Teſticuli inflammatio topica externa frigida fortiter diſcutientia non fert, ſed cataplaſ-
p. 194. mata cum croco. Ad teſticulum induratum volatile
p. 197. reliquis omnibus praeferendum. *Cap. VII. Paronychia:* protinus ab initio hirudinum applicatio. Exemplum morbi chronici nec inflammati nec tumidi, probabiliter a cauſſa arthritica.
p. 199. *Sect. VIII. Tumores frigidi: Cap. I. ſanguinei:*
p. 204. ad aneuriſmata optima THEDENII medendi methodus.

us. *Cap. II. Tumores aquoſi.* Adverſus hydrotho- p. 209.
acem inter remedia interna reliquis praeferendae p. 214.
ilulae IANINI, quarum etiam formula hic communi- p. 454.
atur. Ad hoc etiam caput hydatides referuntur.
Cap. III. Lactis metaſtaſes: in abdomine cauſſa febris p. 215.
uerperalis; adverſus tumores lacteos mercurialia
ncongrua. *Cap. VI. Tumores cyſtici:* oſteoſteatoma p. 217.
t lipoma immerito huc referri. Curatio gangliip. 222.
er conquaſſationem empirica minusque tuta. *Cap.* p. 224
V. Indurationes. Remedia ad ſcirrhum reſolvendum
audata in omnibus caſibus exſpectationi ſatisfacien-
ia nulla; gummi ammoniacum nimis irritans; ſatur-
nina prorſus inefficacia. Scrophuloſi miaſmatis or-
us vix determinandus. *Cap. VI. Increſcentiae.* Po p. 226
ipi narium maligni exſtirpatio dubia, probabiliter ap. 228
conditione radicis eius integrae adhuc vel iam corru p. 231
otae definienda; optima exſtirpatio per forcipem, li-
cet in uno alterove caſu cauterium eventu felici ſe
probaverit. Polypum uteri pediculo admodum craſ p. 233
ſo inſidentem Ill. Auctor obſervavit. Ad fungump. 237
durae matris reprobatur conſilium eum exſcindendi,
ſed fungus exſcindendus aut cauſticis conſumendus
ſuadetur. *Cap VII. Tumores aerei;* emphyſema, p. 242.
tympanites. *Cap. VIII. Tumores a concrementis ter* p. 245.
reis ſimilibusque cauſſis oriundi: ranula; calculi biliarii, p. 247.
in quibus quaeritur, num in caſu dubio data opera
inflammatio exterius excitanda ſit? *calculi renum;*
iſchuria renalis et veſicalis; calculi urinarii, quorum
curatio hic non fuſius pertractatur.
Sectio IX. de herniis: Cap. I in genere, earum- p. 251.
que differentiis: Cap. II. ſecundum partes contentas: p. 256.
herniae ventriculi dubiae, vomitu habituali magis in p. 257.
carceratione coli quam ventriculi adſcribendo; *Cap.* p. 258.
III. alio reſpectu. Cap. IV. Diagnoſis, prognoſis et p. 260.
curatio herniarum in genere. Cap. V. Hernia inguina p. 264.
lis. Symptomata in hernia omentali leviora eſſe p. 268.

p. 269. quam inteſtinali, generaliter aſſeri nequit. Adver-
ſus incarcerationem inflammatoriam omnia irritan-
p. 270, tia externa et interna noxia. *Cap. VI. Hernia ingu-*
p. 272. *nalis ſuppurans et gangraenoſa.* Praepoſterum con-
lium, protinus anum artificialem moliendi. Non-
p. 273. ex ligatura omenti ligati. *Cap. VII. Proprietat-*
p. 276. *reliquarum herniarum ventralium.* Hernia lumbar-
dubia. Ad hanc claſſem etiam referuntur retroſl-
p. 277. xio uteri et parorchidion. *Cap. VIII. Herniae in a-*
corporis partibus: cerebri, linguae, pulmonum.
p. 280. *Sect. X. de herniis ſpuriis: Cap. I. in genere, d-*
p. 282. *que differentiis earum. Cap. II. Hydrocele.* Lap-
cauſtici effectus mitiores videntur effectibus ſeru-
p. 287. *Cap. III. Sarcocele.* Funiculi ſpermatici deligu-
p. 289. non neceſſaria, noxia adeo futura. *Cap. IV. Hy-*
p. 290. *matocele. Cap. V. Varicocele. Cap. VI. Rarior-*
p. 292. *herniarum ſpuriarum ſpecies: emphyſematocele, pn-*
p. 294. *cele, lipocele*, ſimilesque hic ad umbilicum enatae.
p. 296. *Sectio XI. de prolapſibus: Cap. I. in genere;*
p. 302. *Cap. II. uteri; Cap. III. vaginae; Cap. IV. inteſti-*
p. 306. *recti. Cap. V. Rariores prolapſuum ſpecies.*
p. 397. *Sectio XII. Morbi organici: Cap. I. in genere.*
Hic tantum de iis ſermo, qui medicationem admi-
p. 309. tunt. *Cap. II. Coalitiones: atreſia podicis;* turundae pol-
p. 311. diſciſſam membranam immiſſio ſuperflua et periculoſa;
atreſia vulvae; occluſio aliarum aperturarum; digiti conni-
ti; fraenuli linguae nimia longitudo; inteſtinorum adhaeſio
p. 315. *praeternaturalis. Cap. III. Separationes praeterna-*
turales: inprimis *labium leporinum*, quod duplex
utrum una an duplici operatione curandum ſit, non
p. 318. dirimitur. *Cap. IV. Superflua vel deficiens partium or-*
p. 319. *ganica.* Triorchidum exiſtentia cum HALLERO in
dubium vocatur; penis duplex certe mendaciis annu-
p. 320. merandus. *Cap. V. Decurtationes et incurvationes:*
claudicatio, caput recens nati ſub partu compreſſum,
caput obſtipum, gibberoſitas, vari et valgi cet.

Sectio

Sectio XIII. Morbi ossium Cap. I in genere. p. 326
Cap. II. Rhachitis, forsan proprie morbus nervorum p. 328
dicenda; huic admodum similis osteosarcosis, obscu-
ae caussae. *Cap. III. Caries:* an necrosis a carie p. 333.
icca vere differat, non diiudicatur. Amputatio, ul-
imum in carie remedium, raro suadenda. *Cap. IV.* p. 340.
Tumores ossium: hyperostosis, exostosis, tophus, gum- p. 342.
mi. Cap. V. Dolores osteocop, venerei rhevmatici, p. 346.
scorbutici; clavus; odontalgia. Cap. VI. Iactura sub- p. 349.
stantiae ossium; hic etiam de repositione dentium.
Sectio XIV. De fracturis ossium: Cap. I. in ge- p. 350.
nere. Non modo transversae, sed etiam fissurae in p. 352.
ossibus cylindraceis dubiae. *Cap. II. Fracturae os-* p. 361.
sium faciei; Cap. III. scapulae et claviculae; Cap. IV. p. 364.
sterni et costarum; Cap. V. vertebrarum et ossium pel p. 367.
vis; Cap. VI. ossis femoris et humeri; Cap. VII. pa- p. 371.
tellae et olecrani; Cap. VIII. cruris et antibrachii; p. 382.
Cap. IX. ossium pedis et manus. p. 385.
Sectio XV. de luxationibus: Cap. I. in genere; p. 388.
Cap. II. capitis et maxillae inferioris; Cap. III. verte- p. 395.
brarum (excepta prima et secunda) *et ossis coccygis;* p. 397.
Cap. IV. costarum et claviculae; Cap. V. capitis femo- p. 400.
ris et humeri; Cap. VI. in articulatione genu et cubiti; p. 403.
Cap. VII. pedis et manus; prior antrorsum seu retrorsum p. 413.
ex principiis theoreticis dubia; *Cap. VIII. ossium pedis* p. 422.
et manus inter se; Cap. IX. Diastases ossium sine articu- p. 424.
latione coniunctorum, cum epiphysium diductionibus
inter fracturas et luxationes mediae.
Sect. XVI. Morbi articulationum: Cap. I. ea- p. 427.
rum laesiones: inflammationes, suppurationes, contu-
siones, vulnera, fistulae, caries. Cap. II. Tumores ad p. 430.
articulos: tumor albus rhevmaticus et scrophulosus; p. 433.
tentandum suadetur emplastrum de cicuta spiritu
Mindereri malaxatum (colophonium non memora-
tur); *hydrops articulorum* cet. *Cap. III. Motus ar-* p. 435.

ticulationum difficilis: ancyloſis, ſtrepitus articulorum, debilitas.

p. 437. *Sectio XVII. Effectus praecipuorum auxiliorum*
p. 441. *chirurgicorum: Cap. I. evacuationum ſanguinearum* hirundines tunc demum cucurbitulis cruentis praeferendae, ubi hae applicari nequeunt v. c. ad haemorrhoides; *Cap. II. auxiliorum mechanicorum, frictionis,*
p. 442. *nis, faſciarum, electricitatis,* (?) *magnetis* (?). *Cap. III. Remedia phyſica: aqua, lac, pinguedines, ignis eiusque* ſpecies cauterium actuale et potentiale.
p. 446. *Sectio XVIII.* appendicis loco formulas ſelectas remediorum internorum et externorum exhibet.

XXII.

Nova literaria.

Mortes.

Die XXI. Iun. h. a. fatis ceſſit Exper. BERNH. MARIAN. LUTHERUS, quondam profeſſor extraordin. medicinae Erfordienſis, anno aetatis LXXI. Erfordiae natus, ex patre profeſſore chemiae atque conſule, cIↃIↃCCXLV. ſummos in medicina honores ſceptus, anno ſequenti profeſſione extraordinaria medicinae ornatus; quo facto iter per Galliam, Belgium atque Angliam ſuſcepit. Anno cIↃIↃCCLXVII, munere ſuo ſe abdicavit. Conſ. SINNHOLDI *Erfordiam literatam* p. 136. ſequ.

Experient. CHR. GOTTLIEB ZSCHUCK, medicus phyſicus Mitweydae in Saxonia, d. II. Ianuar. h. a. aetate XLV. annorum obiit.

D. XII. Iun. anni praeteriti vitae eripiebatur Grubae prope Coburgum, IAC. ANDR. WEBER, medicinae doctor et a conſiliis aulae, pluribus ſcriptis chemicis inter nos notus.

D. XXI.

D. XXI. anni praeterlapſi IO. FIEBIG, Principi electori Moguntino a conſiliis iudiciorum aulae, hiſtoriae naturalis profeſſor publicus ordinarius, acad. Mogunt. medicae et cameralis facultatum aſſeſſor, ſocietatis amicorum naturam ſcrutantium Berolinenſis aliorumque ſocius, morbo phthiſico enectus eſt.

Aberdeeni in Scotia hoc ipſo anno ineunte Exper. WILL. CHALMERS, medicinae profeſſor, mortuus eſt.

Londini obiit Exper. . . . . MUSHET, ex membris collegii medicorum, ibi florentis, aetate maxima gravibus, anno LXXX.

D. 3. Ianuar. huius anni Exper. GEO. FR. CONSBRUCH, Duci Sereniſſimo Würtembergico medicus aulae, aetaque XXVIII. annor. Stutgard. defunctus eſt.

D. IX. Ian. h. a. FRANC. XAVER. CHRIST, medicinae Doctor, Auguſtae Vindelicor. anno aetatis XXVII. fato ceſſit ſuo.

D. XXIV. Ian. h. a. vivis ereptus eſt Ex. IO. GE. PUIHN, medicus phyſicus Culmbacenſis, anno XXX. aetatis ſuae. Scripſit *materiam venenariam regni vegetabilis.* Lipſ. 1785. 8. et de eodem argumento lingua vernacula commentationem editurus erat, niſi febris acuta finem vitae impoſuiſſet ſuae.

D. XV. Febr. h. a. inter vivos eſſe deſiit FRC. PH. ab OVERKAMP, profeſſor ordinarius phyſiologiae et pathologiae in alma literarum univerſitate Heidelbergenſi. De vita eius et ſcriptis academicis cf. SCHWABII ſyllabus rectorum To. II.

D. VIII. Mart. STEPH. BERNHARDUS, medicinae doctor, cognitione linguae graecae cum Muſgraviis, Trilleris etc. certans, et variis medicorum graecorum editionibus celebris, Arnhemii mortuus eſt maraſmo ſenili, anno aetatis LXXXIII. Nondum XIX. annos natus profeſſoris provincia in acad. Ultraiectina ipſi offerebatur, quam vero, ut artem Amſte-

lodami facere poſſet, evitavit. In quo quidem negotio feliciter uſque ad annum aetatis LXII. verſatus eſt. Inde Arnhemii otiabatur uſque ad fatalem vitae terminum.

Ipſis Calendis Martiis Gieſſae obiit Exper. FERD. GEO. DANZ, profeſſor medicinae extraordinarius et profector in theatro anatomico, apoplexia, cum ea febre nervoſo-pituitoſa fere convaluiſſet, anno aetatis XXIV. Varia edidit ſcripta, non ſine plauſu eruditorum excepta.

D. XIII. Febr. defunctus eſt Exper. . . . . KAUHLEN, Sereniſſimo Principi Electori Palatino a conſiliis aulae, profeſſor pathologiae et militum, qui Bonnae in praeſidio ſunt, medicus, anno aetatis XLIII.

D. XXVI. April. mortem cum vita commutavit Exper. CAR. CHR. KRAUSE, anatomiae et chirurgiae extra ordinem in academia Lipſienſi conſtitutus profeſſor, medicae facultatis aeque ac collegii minoris principum ſenior, anno aetatis LXXVII. Dum per aetatem licuit, huic academiae ſcribendo docendoque multum profuit. Horum *Commentariorum* editionem qui nunc curo, etiam mihi praeceptor olim extitit, multis nominibus venerandus, quorum memoria nunquam animo excidet meo.

D. XXI. Mart. mortem obiit Bambergae TOS. REN. MAR. IOACHIM, Seren. Principi Abbati Fuldenſi a conſiliis aulae et profeſſor artis medicae.

D. XI. April. Halberſtadii vitam poſuit anno aetatis LIV. Exper. IO. GOTTL. FRITZE, regi Boruſſiae a conſiliis aulae, et medicus phyſicus principatus Halberſtadienſis.

D. XIII. April. animam efflavit anno XXXV. Ludwigsburgii Exper. IO. FR. BILHUBER, huius urbis medicus phyſicus.

D. XV.

D. XV. April. exſpiravit Exper. I. B. VREEDEKOFF, medicinae profeſſor Traiecti ad Moſam, anno LXXIII. aetatis ſuae.

D. XI. Iun. Exper. ERN. GUIL. BRENNER, qui medicus caſtrenſis conſtitutus erat a Seren. Principe Haſſo-Darmſtadienſi, anno XXV. vitam exceſſit.

D. XXVI. Febr. Freibergae Hermundurorum anno aetatis XLVI. vita reliquit CAR. FR. WENZELIUM, collegii ſupremi de officinis metallicis aſſeſſorem, variis ſcriptis ad chemiam pertinentibus clarum. A patre, bibliopega Dreſdenſi, ſuſceptus, eidem opificio addiſcendo deſtinatus, aliquamdiu ſub patris auſpiciis artem libros ligandi exercuit. Cum vero exteras regiones peragrandi deſiderio admodum flagraret, ſubito ſe ſubtrahebat paternae curae et moderationi, iterque annos natus XV. in caput bonae ſpei ſuſcipiebat, ubi patruus eius centurionis munere fungebatur. Quae ipſi ſupetebat ad hoc iter abſolvendum pecunia, ea quatuordecim groſſorum ſummam haud excedebat. Hamburgi, unde Amſtelodamum navigare conſtituerat, aliisque in urbibus, quas accedebat, ſigillis caelandis, quam quidem artem Dreſdae addidicerat, nummos ad itineris ſumtum ſuſtinendum neceſſarios conquiſivit. Amſtelodami multas difficultates conſilio Africam adeundi ſuo obiici ubi videret, illud abiecit, atque in illa urbe aliquantiſper conſedit. In notitiam tunc temporis veniebat pharmacopolae atque chirurgi, qui cum WENZELIUM pharmaciae addiſcendae cupidum intelligeret, laborum ſuorum ſocium ipſum ſibi adiungebat, inque arte medicamenta parandi atque chemicos proceſſus feliciter peragendi fideliter inſtituebat. Hoc ipſo viro, qui chirurgi navalis munere fungebatur, comite iter in Grönlandiam ſuſcipiebat, unde redux denuo per aliquod tempus Amſtelodami commorabatur, atque in chemia excolenda deſudabat. Cum

vero eius praeceptor iterum Grönlandiam navigaret, ſtudiis chemicis relictis WENZELIUS haud recuſavit, huius itineris moleſtias illo ſocio denuo perferre. In hoc ipſo itinere, poſt chirurgi navis obitum huius provinciam in ſe ſuſcepit, atque navigatione feliciter peracta, et Amſtelodamum redux apud animum conſtituit ſuum, dulce patriae reviſere ſolum. Quod quidem conſilium quominus exſequi poſſet, belli illius ſeptennalis furiae, quae inprimis Saxoniae noſtrae graves extiterunt, impediebant. Etenim chirurgi militaris munere inter Belgii foederati copias fungi cogebatur. Sed haud diu illi praefuit, ſed miſſione honeſta accepta in Saxoniam reverſus, Lipſiaeque anno cIↃIↃCCLXVI. inter cives academicos receptus per tres annos matheſin, phyſicae atque chemicae magis magisque excolendae incubuit. Quo quidem ſtadio academico abſoluto in urbe patria laboribus chemicis ſcriptisque variis elaborandis totum ſe dicavit et quaſi defovit. Prodiere in hoc otio literario lingua vernacula eius *Introductio ad chemiam altiorem, quae analyſin corporum continet.* Vol. I. Lipſ. 1773. 8. cuius continuatio nunquam abſoluta eſt: *Doctrina de affinitate corporum.* Dreſd. 8. *), *Commentatio de reſolutione metallorum in elementa, reverberationis ope*, quae a regia ſocietate ſcientiarum Havnienſi praemio ornata, et in *Abhandlungen, die von d. königl. Däniſch. Geſellſch. den Preis erhalten haben. Erſte Samml.* Kopenh. 1781. atque in *Allgemeinnüzlich. chemiſch-phyſikal. Mancherley.* Berl. 1782. Vol. II. p. 321. ff. publici iuris facta eſt. Anno cIↃIↃCCLXXX. chemici in collegio metallorum fundendorum curam gerente **), et ſex annis poſt aſſeſſoris

*) Cf. Comm. Vol. XXIII. p. 91. ff.

**) Vid. Comm. XXIII. p. 715.

ſoris collegii ſupremi de officinis metallicis; et chemici in fabrica vaſorum porcellanicorum, quae Miſniae floret, munere fungi a Sereniſſimo Principe Electore Saxoniae iuſſus eſt. Per hoc tempus *chemicam diſquiſitionem fluoris ſpathi.* Dreſd. 1783. 8. et clolocoxc. diſſertationem *de lapidibus in metallis et lapidicinis vi pulveris pyrii rumpendis* in *Promptuarii rei metallicae dicati* anno tertio evulgavit. Denique hoc etiam ſilentio praeterire haud poſſum, quod a Societate oeconomica Lipſienſi et ab academia ſcientiarum regia Havnienſi inter membra honoraria receptus eſt.

LUD. BONNESS, chirurgus legionarius inter copias Boruſſicas, cuius variae ſymbolae debentur in SCHMUCKERI *vermiſcht. chirurg. Schrift.* Parthenopoli, morbo pectoris anno aetatis LV. d. VII. Dec. anni praeteriti vitam exceſſit.

D. XVII. Octobr. h. a. obiit Bayreuthi Exper. HERM. FR. SEIZ, Sereniſſ. Marchioni Anſpacenſi a conſiliis aulae et collegii medici decanus, anno aetatis LXIII.

XXIII.

Libri, qui anno cloloccxcii. in Germania prodiere.

KAEMPF (IO.) enchiridium medicum paſſim emendatum. Denuo edidit CAR. GE. THEOD. KORTUM. Frft. a. M. 8.

KEIR'S (IAM.) *Verſuche u. Beobacht. über die Auflöſ. der Metalle in Säuren u. ihren Niederſchlagungen; nebſt e. Nachricht v. e. neuen zuſammengeſ. ſauern Auflöſungsmittel; a. d. engl. v.* L. LENTIN. *Göetting.* 8.

KER-

KERNER'S (I. S.) *natürliche Abbildungen aller oekonom. Pflanzen. B. 5. mit 100. illum. Kpf. Tübing. 8.*

— — *Beſchreibung u. Abbildung d. Bäume u. Geſträuche, welche im Herzogth. Wirtemb. wild wachſen. Heft 9. mit ausgem. Kpf. Stutg. 4.*

KERSTING'S (I. A.) *nachgelaſſene Manuſcripte über die Pferdearzneiwiſſenſchaft. Mit e. Anhange verſehen v.* OTTO SOTHEN *u. neu herausgeg. von* GE. SOTHEN. *Zweite mit Anmerk. u. Zuſ. verm. Aufl.; mit Kpf. Berl. 8.*

KIRCHHOFF (N. A. I.) *die Geſetze des Fallens der Körper u. die daraus hergeleiteten Lehrſätze Newtons, ingleichen die Urſache, warum die Fluth und Ebbe an beiden Seiten der Erde zu gleicher Zeit ſteige u. falle; mit 1. Kpf. Hamb. 4.*

KLINCKOSCHII (IOS. THADD.) diſſertationes medicae ſelectiores Pragenſes: continuav. et edid. IOHDYON. IOHN. Vol. II. Dreſd. 8.

KLINGE (IOH. HEINR. W.) *etwas über den Keichhuſten, als ein Beitrag zu den Epidemieen des Jahres 1790. Götting. 8.*

KLÜGEL'S (GE. SIM.) *Encyklopädie, oder zuſammenhäng. Vortrag d. gemeinnützigſten Kenntniſſe. Zweite ganz umgearb. u. ſehr verm. Aufl. Th. 1. 2. enth. die Naturgeſchichte der Pflanzen, der Thiere u. der Menſchen, u. die Anfangsgr. d. Mathemat. u. Phyſ.; m. Kpfrn. Berl. 8.*

KNACKSTEDT'S (C. E. H.) *anat. Beſchreib. einer Mißgeburt, welche ohne Gehirn und Hirnſchädel gebohren worden; mit 1. Kpf. Lpz. 8.*

— — *Grundriß von den trocknen Knochen des menſchl. Körpers, zum Gebrauch ſein. Vorleſungen. Ebdſ. 8.*

KRAFT'S (I.) Pomona auſtriaca, *oder Abbildung von 576. Obſtgattung., wie ſie in des Herausg. Baum-*

ſchule

ſchule wachſen und zu kaufen ſind. Heft 7 — 9. Wien 4.

KRÜNITZ (I. G.) *oekonomiſch-technologiſche Encyklopädie. B.* 29 — 31. *Neue Auflage. Berl.* 8. *u. von der ältern Aufl. B.* 54 — 57. *Ebendſ.* 8.

KÜHN'S (IOH. GLIEB.) *Sammlung mediciniſcher Gutachten. Bresl. u. Hirſchb.* 8.

LANGE (I. H.) *Abhandlung üb. die Nützlichkeit d. ſogenannt. Koppelwirthſch. in Vergleich mit d. allgem. eingeführt. Drey-Felder-Wirthſchaft. Berl.* 8.

LANGSDORF'S (K. CH.) *Supplem. zur Salzwerkkunde, vorzügl. in Rückſicht auf chem. u. gnognoſt. Kenntniſſe, mit Anmerk. u. Zuſ. v. d. Hrn. v.* CHARPENTIER, *v.* TREBRA, VOIGT, WERNER *u.* WILD; *m. Kpf. Altenb.* 4.

LATHAM'S (I.) *allgemeine Ueberſicht der Vögel; a. d. engl. m. Anmerk. u. gemahlt. Kpf. Nürnb.* 4.

LAVOISIER'S *phyſikaliſch chemiſche Schriften; a. d. frz. geſamml. u. überſ. m. Anmerk v.* F. S. LINK. *B.* 4. *Greifsw.* 8.

— *Syſtem der antiphlogiſtiſchen Chemie; a. d. franz. überſ. und mit Anmerk. erläutert v.* S. F. HERMBSTAEDT. *Bändch.* 2. *m. Kpf. Berl. u. Stett.* 8.

LEBEN *des Ritters* KARL *v.* LINNÉ, *nebſt den biograph. Merkwürdigkeiten ſeines Sohnes, des Prof.* K. *v.* LINNÉ, *und einem vollſt. Verzeichniß ſeiner Schriften etc. v. D.* H. STÖVER. *Th* 1. 2. *Hamb.* 8.

LEMPE'S (I. F.) *Magazin der Bergbaukunde. Band* 9. *m. Kpf. Dreſsd.* 8.

LEONHARDI'S (F. G.) *Naturgeſchichte für alle Stände, vorzügl. f. diejen. welche mit der Kenntniſs der Naturkörper, die Anwend. u. d. Nutzen zu verbinden ſuchen. B.* 2. *des Gewächsreichs. Lpz.* 8.

LEONHARDI'S (I. GFR.) *neue Zuſätze u. Anmerk. zu* MACQVERS *chymiſch. Wörterb. erſte Ausgabe. B.* I. 2. *Lpz.* 8.

L'HERI-

L'HERITIER (CAR. LUD.) geraniologia ſ. erodii, pelargonii, geranii, monſoniae, et grieli hiſtor. icon. illuſtr. Pariſ. f.

— — ſtirpes novae aut minus cognitae, faſc. VI. Ibid. f.

LEWIS (POLYD.) *philoſ. Unterſuchung d. Natur und Eigenſchaft des gemeinen Waſſers, nebſt Betracht. üb. ſeine medicin. Kräfte; a. d. engl. Stendal.* 8.

LIND'S (IAC.) *Verſuch über die Krankheiten d. Europäer in warmen Ländern u. die Mittel gegen die Folgen derſelben; nebſt ein. Anhange üb. d. Wechſelfieber u. einer Abhandl. v. ein. einf. Methode, das Seewaſſer trinkbar zu machen. Nach d. neueſt. Originalausg. überſ. u. m. viel. Anmerk. des* THION DE LA CHAUME. *Riga.* 8.

LINDEMANN'S (H. W.) *Taſchenbuch für angehende Aerzte. Th.* I. *Lpz.* 8.

LINK'S (H. F.) *Annalen der Naturgeſchichte. Stück* I. *Götting.* 8.

LINNE' (CAR. a) praelectiones in ordines natur. plantar. Edid. P. D. GIESEKE. Acc. uber. palmar. et ſcitamin. expoſitio. Cum mappa affinit. et tabb. aen. Hamb. 8.

— — ſyſtema naturae per regna tria naturae ſec. claſſ. ord. gen. ſpec. c. char. differ. ſynonym. locis. Edit. auct. reform. cur. IO. FR. GMELIN. To. I. P. VII. et To. II. P. I. II. Lipſ. 8.

— — termini botanici, cura SCHREBERI. Edit. nov. Erlang. 8.

LINNEISCHES *Pflanzenſyſtem im Auszuge; ein Lehrbuch z. Gebr. f. Oekonom. Fabrik. und Handelswiſſenſch. Th.* I. 2. 3.; *m. Kpf. Nürnb.* 8.

LOSCHGE (FR. H.) *die Knochen des menſchl. Körpers u. ihre vorzüglichſten Bänder, in Abbild. u. Beſchreib. Lief.* 4. *mit ſchw. und auch mit gemahlt. Kupfern. Erlang. Fol.*

LOUREI-

LOUREIRO (IO. de) flora Cochinchinenſis, ſiſtens plantas in regn. Cochinchin. naſcentes, quib. acced. aliae obſervatae in Sinenſi imperio, Africa orient. Indiaeque variis locis; omnes diſpoſitae ſec. ſyſt. ſex. Linn. iuſſu acad. ſcient. Ulyſſipon. edita MDCCXC. Denuo in Germania edita, c. not. c. L. WILDENOW. To. I. II. Berol. 8.

LOWNDES (FRZ.) *Betrachtungen über die mediciniſche Elektricität; a. d. engl. überſ. u. mit Anmerk. und Zuſ. v.* W. DAVIDSON. *Berl.* 8.

MAGAZIN *für d. Neueſte aus der Phyſik u. Naturgeſchichte, herausgegeben von* LICHTENBERG, *fortgeſetzt v.* VOIGT. *B. 7. St. 4. B. 8. St. 1. und 2. Gotha* 8.

— *für die Naturkunde u. Oekonomie Mecklenburgs. Herausgeg. v.* AD. CH. SIEMSSEN. *B. 1. Schwerin.* 8.

— *(neueſtes) f. die Liebhaber der Entomologie. Herausg. v. Dr.* H. SCHNEIDER. *Heft 2. Stralſ.* 8.

(Reliqua proxime.)

Contenta in hac parte.

I. Nova Acta academ. ſcient. Imper. Petropol. Tom. II. et III. p. 396

II. RETZII faſciculus obſervat. botanic. ſecundus etc. p. 426

III. IANSEN Collectio diſſertat. ſelect. in variis foeder. Belgii acad. editar. ad omn. medic. part. pertinent. Vol I. p. 443

IV. SCARPAE anatomicae diſquiſit. de auditu et olfactu p. 447

V. MENURET Eſſai ſur les moyens de former de bons médecins p. 471

VI. Encyclopédie méthodique. Chymie, Pharmacie et Métallurgie. To. prem. La Chym. par

par. Mr. DE MORVEAU, la Pharm. par Mr. MARET, la Métall. par Mr. DUHAMEL. To. ſecond. La Chym. par. Mr. DE FOURCROY. la Pharm. par M. M. CHAUSSIER et WILLEMET, la Metall. par Mr. DUHAMEL p. 473

VII. RICHARDSON'S *Chemie der Metalle ſ. Fabrikant. u. Manufakuriſt.* p. 474

VIII. JACQUIN'S *Lehrbuch d. allgem. u. mediciniſch. Chemie. Erſter Theil.* p. 481

IX. *Methode der chem. Nomenkl. f. d. antiphlog. Syſtem, v. Hrn.* DE MORVEAU *etc. etc.* p. 496

X. GUGLIELMINI de diurno terrae motu experim. phyſico-mathem. confirm. opuſc. p. 500

XI. BONDIOLI Sopra l'aurora boreale mem. p. 501

XII. Lettera del Abb. SPALLANZANI al Sign. THOUVENEL ſull' elettric. organica e minerale. Tom. 4. p. 505

XIII. VOLTA Della maniera di far ſervire l'elettrometro atmoſferico cet. p. 505

XIV. LINNE praelectiones in ordin. natural. plantarum p. 506

XV. HOFFMANN'S *vermiſchte medic. Schriften. Zweyter Theil* p. 532

XVI. COMPARETTI Prodromo fiſica vegetabili p. 549

XVII. EVERSMAN'NE *Technolog. Bemerk. a. ein. Reiſe durch Holland* p. 552

XVIII. TITII Pellagrae morbi inter Inſub. Auſtriac. agric. graſſantis pathol. p. 554

XIX. BOEHMERI Commentat. oecon.-medic.-botan. p. 557

XX. SUCCOW'S *Bemerk. üb. ein. chem. Gewerbe* p. 563

XXI. METZGER'S *Handbuch der Chirurgie* p. 565

XXII. Nova literaria p. 574

XXIII. Libri, qui anno cIↃIↃCCLXXXXII. in Germania prodierunt Cont. p. 579